

1177.

1188,

marzo 4.

Berenguer de Barberá ofrece al Monasterio un honor sito en Tiana.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 66 (n.º MXVIII).

A. C. A., Cart., f. 313, n.º 941.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Barberano pro anima patris mei et fratris mei dono et offero Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et vobis Guillelmo, abbati, et conventui ipsius loci, totum illum honorem, cultum et heremum et arbores diversi generis, sicut melius Garnerius habuit et tenuit per me in comitatu Barchinone, in parroechia s. Cipriani de Tizana, in loco vocato Canneto, et de meo iure in ius et dominium ipsius cenobii trado ad suum proprium alodium adque ibi vel exinde abbas et conventus facere...

Actum est hoc iii.º idus marcii, a.º Domini MCLXXXVII.º

S + m Berengarii de Barberano, qui hoc laudo et firmo; S + m Petri de Villar, qui hoc firmo et laudo; S + m Raimundi de Villaszar; S + m Petri de Vila de Cols.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit die...

1178.

1188,

agosto 29.

Ermesindes y su esposo definen al Monasterio el honor de Quadras.

REGESTA: MAS, *Taula*, iv, 320; *Notes*, vi, 69 (n.º mxxiv).—HINOJOSA, *El Régimen*, 77, y nota i de la pág. 176.

A. C. A., Cart., f. 158, n. 465.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris, quod ego Ermesendis et vir reus Petrus Maiol definimus et evacuarnus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et Guillelmo abbati, qui nunc preesce videtur, et Raimundo priori, et conventui eiusdem loci, omne honorem quem nos habemus et tenemus infra terminum de manso de Quadras, et omne dominium quod habemus et tenemui in hominibus stantes in iam dicto manso, sine aliquo nostro nostrorumque retentu, totum hoc definimus et evacuamus absque ulla reservacione... Propter hanc vero difinicionem sive evacuacionem de bonis s. Cucufatis c solidos denariorum bone monete curribile Barchinone, accipimus, et unum campum, infra parroechia s. Cucufatis de Garriges, sicut continetur in precaria quam nobis facitis exinde. Sunt autem hec omnia in comitatu Barchinone, infra terminum castri Olerdule, et in parroechia s. Petri de Avinione.

Actum est hoc iii.º kal. set., a.º ab Incarnacione Domini MCLXXXVIII.º Si quis hoc...

S + m Ennesendis; S + m Petri Maiol; S + m Beatricis, mater iam dicte Ermesendis; S + m Raimundi; S + m Guillelmi; S + m Bernardi; S + m Petri, nos qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus; S + m Arbens de Sera; S + m Bernardi de Cortei; S + m Raimundi Rubei; S + m Raimundi de Sera.

Bernardi, levita, qui hoc scripsit...

1179.

1188,

agosto 8.

Puculul de Vilanova y sus familiares dan al Monasterio un alodio que poseen en Espiells.

REGESTA: BALARI, *Origenes*, 286. — MAS, *Notes*, vi, 68-9 (n.º MXXIII).
A. C. A., Cart., f. 158, n.º 511.

Notum sit cunctis qualiter ego Puculul de Vilanova et nepos meus Berenganus et uxores nostre Marie atque Ermessendis, damus et laudamus Domine Deo et monasterio s. Cucuphatis alaudium, scilicet, nostrum quod habemus in comitatu Barchinone, in parrochia s. Benedicti de Espidels, in loco qui dicitur Cabanals seu de Prunera. Affrontat: ab orien in via publica, a meridie in alaudio s. Cucuphatis, ab occiduo in alaudio Raimundi de Montanians et s. Benedicti, a circio similiter. Sicut ab his affrontacionibus includitur, damus et laudamus prefatum alaudium Domino Deo et s. Cucuphati, ad habendum in perpetuum ob remedium animarum... sub tali vero condicione, ut in omni vita nostra donemus per tenedonem prefati alaudii s. Cucuphati annuatim in natale Domini, par unum gallinarum. Et ad obitum nostrum, recipiat nos sanctus conventus iam dicti monasterii cum illis elemosinis que nobis placuerint ibi dimittere. Et post obitum nostrum successores nostri teneant per s. Cucuphatem iam dictum alaudium semper, et donent de fructibus omnibus quos Deus ibi dederit, quantum fideliter s. Cucuphati. Et nullum inde alium seniore proclament nisi s. Cucuphatem et eius servientes. Si quis hoc...

Quod est actum v.º idus augusti, a.º Domini MCLXXXVIII.º

S + m Puculul; S + m Berengarii; S. + m Marie; S + m Ermesendis, uxori eorum, qui hoc [XII] ; S + m Iohannis, filii Puculul; S. + m Guillelmi Solane; S + m Poncii de Espidels; S + m Gerdaldi de Riu de Birles.

PETRUS, levita, qui hoc scripsit...

1180.

1189, julio 28.

Belioth y su hija dan, por 30 sueldos, lo que poseen en Pujades de Espiells.

REGESTA: BALARI, *Origenes*, 522. — MAS, *Notes*, vi, 70 (n.º MXXV).
A. C. A., Cart., f. 158, n.º 512.

Notum sit cunctis quod ego Belioth et filia mea Ermesen donamus et concedimus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et tibi Geraldo de Cercitulo inde infirmario, totum hoc quod habemus et habere debemus in ipso manso s. Cucuphatis quem tenet per nos Bernardus de Puiades in comitatu Barchinone, in parrochia s. Benedicti de Aspidels. in loco qui vocatur Puiades. Et adventit ad me Belioth per meum exovar et ad filiam meam per vocem matris et genitorum eius, et ob remedium animarum et parentum nostrorum de nostro iure in ius et dominium prefati cenobii prefatum mansum tradimus integritur cum omnibus in se habentibus que nobis et nostris ibi pertinent vel pertinere debent, ad habendum... Accipimus autem de bonis s. Cucuphatis xxx.^a solidos denariorum Barch. monete. Si quis hoc...

Quod est actum v.º kal. augusti, a.º Domini MCLXXXIX.º

S+m Belioth; S + m Ermesindis, filie eius, qui hoc firmamus testesque firmare rogamus; S + m Bertrandi de Solario; S.+ m Petri de Bassa de Granata; S + m Boni Mancipii; S + m Guillelmi Buscherti, huius rei testes surit; S + m Raimundi, prefate Ermesindis viri, qui hoc similiter laudat.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit..

1181.

1189, octubre 15.

Bono Macip de Granada entrega su hijo Arnaldo al Monasterio como religioso del mismo y hace donación al cenobio del manso que posee en el término de Subirats.

REGESTA: MAS, *Taula*, iv, 254; *Notes*, vi, 70-1 (n.º MXXV).

A. C. A., Cart., f. 145, n.º 469.

Sit notum cunctis quod ego Bonus Macip de Granata dono Domino Deo, et offero filium meum Arnaldum per monachum faciendum, cenobio s. Cucufatis in manu domni Guillelmi, abbatis. Et dono prefato cenobio per hereditatem filii mei ipsum meum mansum cum suis pertinenciis et affrontacionibus. et in presenti trado, sicut eum melius habeo et habere debeo per meum alaudium francum et liberum in comitatu Barchinone, in terminio katri de Subirads, in parrochia s. Petri de Subirads, ad ipsam alberedam Guillelmi s. Martini. Affrontat iam dictum mansum: a parte orientis in prefatam albaretam, a meridie in illum torrentem qui discurrit cum ipsa aqua, que venit de Salto Brino, ab occiduo in Saltum Brinum, de circio in illam carrariam que dividitur ab ipso manso de ipso Pontarrone. Preterea dono iam dicto cenobio et in presenti trado per hereditatem filii mei alium campum que habeo per alaudium franchum in comitatu Barchinone, infra terminum castri Olerdule, in parrochia s. Fidis. Affrontat predictum campum: ab oriente in alaudio de Butina, a meridie in alaudio s. Cucufatis, ab occiduo in alaudio s. Cristofori et in via, a circio in via et ultra viam honore Guillelmi de Granata. Sicut a prescriptis affrontacionibus prescripta omnia includuntur, ita de meo iure in ius et dominium per alaudium francum cum introitibus et exitibus suis integriter, predicto cenobio per hereditatem, ut dictum est, prefati filii mei Arnaldi dono atque trado ad faciendum inde quicquid voluerit, sicut de alio... Tali quippe modo, ut egb Bonus Mancip habeam et teneam et bene laborem iam dictum campum in vita mea, et ex fructibus quos ibi Deus dederit donem cenobio s. Cucufatis quartum et braciaticum fideliter. Post obitum vero meum, idem faciat ille cui ego dimisero. Si quis hoc...

Quod est actum id. oct. a.º MCLXXXVIII.º Dominice Incarnacionis.

S + m Boni Mancip; S.+ m Guillelmi; S + m Raimundi, filiorum eius; Arnallus, monachus; S + m Raimundi de Frexano; S + m Berengarii Dargelaged; S+m Raimundi de Ferigola; S + m Guillelmi de Botet; S + m Petri de Remulnel.

S + m Raimundi de Garnerio Ypo, levita, qui hoc scripsit..

1182.

1190, abril 27.

Testamento de Guillermo de Claramunt.

A. C. A. Perg. Alfonso I, n.º 544. Original.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Claromonte, pleno sensu et integra memoria, facio meum testamentum et eligo manumissores meos et distributores rerum || mearum, scilicet, Guillelmum s. Cucuphatis abbatem, et Elicisendis uxorem meam, et Bernardum de Vivario atque Petrum de podio rubeo et Arnallum de Monte olivo, et Arnallum Bovem atque Guillelmum de Monte Oli || vo, quibus precipio ut si mei... Primum dimitto corpus et animam meam domino Deo et monas || terio s. Cucuphatis cum mille sol. Barchinonensibus ad opus ipsius claustrum, quod facere ibi promisi, et cum meo lecta et uno mulo qui corpus meum portet, quod quidem mille sol. habeat in expletis Rivi rubei, quod teneat tantum || usquequo inde fideliter sint paccati, et dimitto eidem monasterio s. Cucuphatis ipsam meam dominicaturam de Terracia, totam integriter, sicut melius habeo vel habere debeo, quibuscumque vocibus, sine vinculo et servitute || alicuius castellani, et precor Guillelmum de Cardona hanc meam lexam confirmet... Dimitto ecclesia Barch...

Itemque precor domnum meum archiepiscopum ut per amorem et fidem quam sibi habeo adiuvet, si ei placet, suos manumissores et || faciat ut hec mea voluntas integriter compleatur, et sit bonus amicus et adiutor meo karissimo domino Guillelmo de Cardona.

Actum est hoc v.º kal. may, a.º Domini MCLXXXX.º

S + m Guillelmi de Clarimonte, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

S + m Elicisendis; S + m Bernardi de Vivario; S + m Petri de Podio rubeo; S + m Arnalli de Monte Olivo; S + m Guillelmi de Monte olivo; || S + m Arnalli Bovis; S. + m Guillelmi de Cardona, vicecomes, qui hoc laudo et firmo; S + m Bernardi, presbiteri ac capellani.

BERNARDUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1183.

1190, mayo 27.

Gerardo de Lavit define al Monasterio los mansos de "Araino", de Lledó y de la Torre.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 71 (n.º MXXVII).

A. C. A., Cart., f. 154v, n.º 503.

Post multas contenciones que diu fuerunt inter Guillelmum, abbatem monasterii s. Cucufatis, atque Geraldum de Vite et matrem suam Arsendem atque patrem * Geraldum *, olim defunctum, visis instrumentis ac rationibus s. Cucufatis, in presentia Aimerici des Pinels atque Rourici, monachi, et aliorum proborum hominum, qui omnes cognoverunt quod predictus Geraldus iniuste auferebat secundum tenorem scripturarum s. Cucufatis atque inferebat multa mala in honorem s. Cucufatis, qui est in termino katri de Vite, scili-

cet in manso de Aaino, qui modo vocatur Cochala, et in manso de Ledone, et in manso de Turre Guilamagni. Et propterea venerunt... In Dei nomine. Ego Geraldus de Vite, et matre mea Arsendis, diffinimus et reddimus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis atque Guillelmo, abbati eiusdem loci et successoribus suis, omnia que accipiebamus vel auferebamus in supradictis mansis, et in eorum terminis et in eorum habitatoribus, scilicet, in manso de Araino, qui vocatur Chochala, et in manso de Ledone, et in turre Guilamayna, et si homines s. Cucuphatis, qui steterint in predicto honore, tenuerint vel habuerint honorem per me vel kastrum de Vite, non possim eos distringere nec pignorare in honorem vel per honorem s. Cucuphatis; hec omnia diffinimus, sicut superius scriptum est, ob remedium animarum nostrarum atque parentum nostrorum, tali videlicet racione, quod deinceps non faciamus toltas neque forcias in honorem s. Cucuphatis, nec ullum censum nec usaticum in predicto honore accipiamus, neque firmamentum, sed semper habeat et possideat monasterium s. Cucuphatis et eius servientes, sicut continetur in eorum instrumentis per suum alodium franchum et liberum, omni tempore. Accipimus vero pro liac difinicione de bonis s. Cucuphatis CLXX solidos. Si quis hoc...

Actum est hoc vi.º kal. iunii, a.º MCXC.º

S + m Geraldus de Vite; S + m Arsendis, eius matris; S + m Petri Amati; S + m Raimundi, eius fratrem, nos hoc laudamus et firmamus, testesque firmari rogamus; S. + m Eimerici des Pinels; Rudericus, monachus; S + m Poncii des Piels; S + m Bertrandi de Solario; S + m Raimundi Fabri de Maschefa.

S + m Geraldus, levite, qui hoc scripsit precepto B. clerici de Villafrancha...

1184.

1190, agosto 11.

Ramón de Palou, su esposa e hijo dan al Monasterio una tierra sita en San Julián de Palou, en el collado llainado "Davía".

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 71-2 (n.º MXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 348, n.º 1020.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus de Palaciolo et uxor mea Illiardis ac filius noster Guillelmus de Palaciolo, damus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et servientibus eiusdem monasterii pro redempcione anime filii nostri Bertrandi et remissione animarum nostrarum ac parentum nostrorum una feixiam terre quam habemus in comitatu Barchinone, in parrochia s. Iuliani de Palaciolo, in loco vocato ad collem Davia. Que feixia terre terminatur: ab orienti in francheda Berengario Blanco, a meridie in alodio Aladis de Campsentenges et in eadem francheda iam dicti Berengarii Blanc, ab occiduo in alodio de nobis donatoribus, a circii in francheda quam tenet iam dictus Berengarius Blanc per castrum de Rosa. Sicut ab istis terminis concluditur et terminatur, sic damus predicto monasterio s. Cucuphatis prescriptam feixiam terre, que est nostrum proprium alodium liberum. Tali vero conventu damus et concedimus prenominatam feixiam terre prelibato monasterio et eiusdem habitantibus ad bene tenendum et possidendum et expletandum per alodium proprium

et liberum cum introitibus et exitibus suis potenter et integriter in sana pace sine engan et sine dubos nulliusi... Si quis hoc...

Actum est hoc iii.º id. aug., a.º Dom. MCLXXX.º

S + m Raimundi de Palaciolo; S+m Illiardis, uxoris eius; S + m Guillelmi, filii eorum, qui hoc laudamus et firmamus; S+m Vitalis de Molera; S + m Guifred de Palaciolo; S + m Raimundi Girberti; S.+ m Berengarii Blanc.

S + m Petri, presb., qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1185.

1191,

junio 11.

Poncio de Ribas define al Monasterio el castillo de Albiñana, recibiendo del Cenobio quinientos sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 493; *Notes*, vi, 72 (n.º MXXIX).— CARRERAS, *Lo Castell-bisbal*, 18.

A. C. A., Cart., f. 96 v, n.º 336.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Poncius de Ripis longam contencionem habui cum Guillelmo, abbate s. Cucuphatis, et monasterio s. Cucuphatis super castello de Albiniana, quod ad me pertinere dicebam per vocem Guille de Bagneriis, matertere mee. Tandem sponte nostra compromisimus ego et predictus abbas stare per omnia arbitrio domini Berengarii, Terrachonensis archiepiscopi, super contencione predicta. Dominus vero Berengarius, Terrachonensis archiepiscopus, auditis allegacionibus et responsis utriusque partis, viso etiam instrumento quod abbas in medium protulit super compositione facta dudum inter monasterium s. Cucufatis et dominam Guillam de Bagneriis de predicto castro de Albiniana, inspectis quoque aliis instrumentis que protulit abbas, cognovit castrum de Albiniana ad monasterium s. Cucufatis, non ad me, de iure spectare. Ideoque taliter arbitratus est inter nos dominus archiepiscopus, ut ego Poncius de Ripis, solvam et diffiniam in perpetuum monasterio s. Cucufatis predictum castrum de Albiniana cum omnibus pertinentiis suis, et abbas donet mihi propter ipsam diffinitionem D solidos de bonis monasterii supradicti; placuit autem mihi Poncio arbitratio ista, et eam ratam et firmam per omnia habui. Unde. In Christi nomine. Ego supradictus Poncius de Ripis, solvo et diffinio in perpetuum monasterio s. Cucufatis predictum castrum de Albiniana, cum omnibus terminis et pertinentiis suis, sicut melius dici... et accipio a predicto abbate propter hanc diffinitionem D solidos, ut sit predicto monasterio firmior et stabilior in perpetuum. Fateor quoque et recognosco quod dominus archiepiscopus laudavit et approbavit instrumentum illud quod protulit abbas super compositione facta inter monasterium et dominam Guillam de Bagneriis.

Actum est hoc iii.º idus iunii, a.º MCXCI.º Dominice Incarnacionis,

S + m mei Poncii de Ripis, qui hanc diffinitionem [VII] ; S+m Gaucerandi, fratris mei; S + m Bernardi de Papiol; S + m Bertrandi de Castelet; S + m Raimundi de Rivosicco; S + m Arberti de Castro Veteri; S + m Berengarii de Midiona; S + m domine Guille de Bagneriis; S+m Arnaldi de Ripis, nepotis sui; S + m Bernardi de Castro Episcopale; + Berengarius, Terrachonen. eccle-

sie archiepiscopus; S + m Gombaldi de s. Oliva, canonici Terrachone ecclesie, ss.; Ego Raimundus de Sancto Laurentio, Terrachonen. ecclesie preceptor, ss.; Ego Petrus, prior Sancte Eulalie.

+;Ego Petrus de Terrachona, Terrachonensis notarius. hoc scripsi...

1186.

H9², enero 9.

Publicación sacramental del testamento de Geraldo de Bedorch.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 73 (n.º MXXX).

A. C. A., Cart., f. 188, n.º 595.

Iuramus nos testes scilicet Petrus sacerdos, qui tunc eram levita et Bernardus de Valle Daurixio per Deum vivum... ea hora quando Geraldus de Bedorch gravi egritudine detentus fecit suum testamentum et elegit manumissores suos Arsendis, videlicet, uxorem suam, et Arnallum de Mazcheffa et Bernardum clericum Clarimontis et Raimundum de Collo et Ferrarium de Subtuvia, ut si mors ei... In priniis dimisit corpus suum Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis ibi sepeliendum et laudavit atque concessit eidem monasterio ipsam suam domum de Bedorch, cum omnibus suis terminis et affrontacionibus integriter, sicut continebatur in ipso instrumento donacionis quod ipse et uxor sua Arsendis prefato cenobio fecerunt. Et dimisit dompno Guillelmo eiusdem loci abbati unam copam argenti et unum cifum argentuni ut eum honorifice sepeliret et prepararet suum sepulcrum et faceret suum aniversarium et in misarum sollempnis eum in memoria haberet. Dimisit inter ecclesiam et clericum s. Marie de Apiera x sol. et s. Salvatori de Cabrera et clerico x sol., s. Marie de Monteserrato vi sol., s. Iacobo Gallicie v et Sepulcro Ierosolimorum vii sol. Predictas vero laxaciones persolveret uxor sua Arsendis. Dimisit Militie Templi xx moabet. quos Raimundus de Montecatano ei debebat, et Ospitali Ierosolimitano illum suum mansum de Olorda. Et debebat ei Bernardus de Martan cc macemutinas quas ei acomodavit in presencia Guillelmi Groin et Iohannis de Monteuidaico ac Sebastiani et Iordaneti. Ex alia vero parte debebat ei cum fratre suo Boneto de Marfan CCLXXXV mazemutinas et debebant ei c moabetinos pro uno vivo quem dederunt domino Regi ex quibus moabetinis persolverunt ei xxii. De aliis vero predictis moabetinis qui in debito remanebant, dimisit archiepiscopo Terrachone xxxviii et domino Regi XL et solvit predicto Regi lxxx moabetinis quos ei debebat de uno equo nigro unde habuit fidemiusorem G. de Iorba et adhuc solvit predicto Regi XL moab. quos ei debebat de quodam equo quem dedit Raimundo de Guardia. Dimisit de iam dictis moabetinis ecclesie sedis Barchinone et episcopo L moabetinos, et cenobio de sanctis Crucibus similiter L et Bernardo nutrito suo c et inter Arnallum de Mazcheffa et Guillelmum, fratrem eius, et Guillelmum de Apiera LXXX. Et dimisit uxori sue Arsendi illos cc macemutinas quas debebat Bernardus iam dictus de Marfan, et precatus est dominum Regem et archiepiscopum et episcopum ut hoc debitum facerent pacare quod ei debebant B. et Bonetus de Marfan, sicut est superius scriptum. Dimisit Guilaberto de Sentiliis ipsum feudum de Galex post obitum uxoris sue Arsendis, sed ipsa tantum dona| ret illi per tene- | f. 188 v

donem annuatim unam eminam ordeï. Et dimisit Berengario de Rubi nepoti suo ipsum feudum integritè de Amenla, sicut eum pater suus melius tenuit et habuit per seniores de Biges, et de toto illo alodio integritè quod habebat in Vales in parrochia s. Eulalie de Oronzana, sicut eum melius pater suus habuit et tenuit dimisit terciam partem inter Petrum et Berengarium et Guillelmum de Rubi, nepotes suos, ut haberent equaliter; aliam vero terciam partem dimisit cenobio s. Cucuphatis; alteram vero terciam partem dimisit B. nutrito suo, ut sit cum ea monachus s. Cucuphatis simul cum ipsis c macemutinis quas ei superius dimisit et in sedis Barchinone et episcopus persolvant LXXX moabetinos pro terciã parte prescripti alodii quam ibi dimisit Berengarius de s. Ylario habent ex predictis moabetinis terciã partem iam dicti nepotes sui et aliam terciã partem monasterium s. Cucufatis; alteram vero terciã partem B. nutritus suus cum iam dicto monasterio. Dimisit Arnallo de Mazcheffa illum honorem quem habebat infra terminum de Mazcheffa cum Arsende uxore sua unde donaret tascham s. Cucuphati. Totum autem prescriptum honorem preter ipsum feudum quod B. de Rubi dimisit et preter iam dictum alodium de Oronzana haberet prescripta uxor sua Arsendis et teneret domina et potens in omni vita sua cum omnibus animalibus, magnis et paucis et cum omni vascula maiori vel minori et cum omni mobili que ad suum voluntatem haberet sine omni contrarietate. Post obitum vero eius sit de honore, sicut superius scriptum est. Hoc totum ita ordinavit iam dictus testator in suo testamento iiii.º idus aug., a.º Domini .MCLXXXVIII.º et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde ingravescente egritudine qua detinebatur, discessit ab hoc seculo eodem mense et anno. Hanc igitur ipsius... et Petro de Corrone, Barchinonensi scriptore, vicario Raimundi iudicis et aliis testibus presentibus veram esse fideliter corroboramus auctoritate incliti Ildefonsi, Dei gratia regis Aragonensis, comitis Barchinonensis et marchionis Provincie, quia quod principi placuit legis habet vigorem, atque ex hoc aliter suam voluntatem non mutavit nobis scientibus.

Late condiciones v.º id. ian., a.º Domini MCXCII.º

Petrus, sacerdos, ss.; S + m Bernardi de Valle daurexio, nos huius rei testes et iuratores sumus; + Ildefonsi, regis Aragon, comite Barchin. et marchionis Provincie qui hoc iudicium presens confirmo; S + m Iohannis de s. Iachobo; S + m Iohannis de Blandis; S + m Bernardi Umberti; S + m Guillelmi de Valledaurexio; S + m Geralli, presbiteri, nos qui huic sacramento presentes adfuimus; + Berengarius, Terrachonensis archiepiscopus.

S + m Petri de Corrone, scriptoris prenominati qui hoc scripsit...

1187.

1192, enero 16.

El abad Guillermo da a Saurina de Valldoreix y a su hijo, la torre y casas y anejos que hay en la villa de San Vicente, en la parroquia de San Cebrián de "Aqualonga", y unos feudos o campos sitos en los lugares mencionados en el documento, con ciertas cargas u obligaciones.

A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.º 440 -.

Notum sit cunctis qualiter ego Guillelmus, Dei gratia s. Cucuphats abbas et omnis conventus dahms tibi Saurme de Valdeureyx et nlio tuo Bernardo

et omni progeniei ac posteritati vestre uni [post] alium, indivisibiliter, scilicet ipsam turrem et domos cum solo et suprapositis que sunt in villa s. Vincentii, iuxta ecclesiam, sicut Bertrandus Olivarii eas tenebat per nos et habebat cum omni honore, culto et heremo, quem ipse tenebat et habebat per s. Cucuphatem in comitatu Barch., in parrochia s. Cipriani de Aqualonga, in diversis locis separatim. Similiter [damus] vobis et vestris illum feudum quem Olivarius et Bertrandus eius filius, vir tuus, tenebant per s. Cucuphatem, scilicet ipsum campum sicut est terminatus et fixuriatus subtus prefatam villam [ubi] sunt columbarii et ipsum campum de Coma, sicuti est terminatus prope viam publicam que vadit apud Rivum Rubeum; et adhuc addimus huic feudo illum feragenale sicut est terminatum et fixuriatum iuxta ripam torrentis de ipso Fonte cum ipsis olivariis que ibi sunt. Prescripta vero omnia vobis et vestris damus ad habendum et possidendum in perpetuum in pace integritur cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus arboribus que ibi sunt vel erunt ad servicium et fidelitatem s. Cucuphatis et eiusdem servientium, sub tali videlicet convenientia, ut de omni fructu quem Deus ibi dederit, donetis super vos et vestri post vos nostro cenobio de pane, tascham, et de vino, sextum preter de ipso feudo quem habeatis semper ad nostrum servicium simul cum ipsa baiulia quam vobis comendamus ad fidelitatem s. Cucuphatis suorumque servientium. Et sitis ibi super stantes vos et vestri nostri solidi, nullum alium seniore...

Quod est actum xvii.º kal. februarii, a.º Domini MCXCI.º

+ Guillelmus, Dei gratia s. Cucuphatis abbas; Raimundi, prioris, et Raimundus, monachus; Raimundus, monachus; Poncius, monachus; Guillelmus, monachus; Bernardi, monachi; Geraldus, monachus; Raimundus, monachus; Petrus, monachus; Arnallus, monachus; Berengarii, monachi; Berengarius, monachus; Petrus, monachus; Arnallus, monachus.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1188.

1193, marzo 1.

Ermesindis, viuda de P. de Provenzana, da al Monasterio la mitad del "honor" que el difunto poseía en Vallseca; y si alguien obtuviese dicho "honor", en tal caso el cenobio retendrá la propiedad de Roda Milans de Santa Eulalia de Provenzana.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 611. — MAS, *Taula*, iii, 327; *Notes*, vi, 73-4 (n.º MXXXI). A. C. A., Cart. f. 49 v, n.º 169.

Notum sit cunctis quod ego Ermesendis, que fui uxor Petri de Provincia-na, ob remedium anime predicti viri mei Petri, dono et offero Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis, illam medietatem tocius ipsius honoris quem vir meus prenomnatus habebat cum fratre suo Bernardo de Canalibus, in comitatu Barchinone, in parrochia s. Petri Octaviani, in loco vocitato Valle Sicca per omnia loca, ut habeat s. Cucufas per suum proprium alodium propter illam laxationem quam predictus vir meus ibi dimisit cum suo corpore et propter suum convivium et propter suum tumultum preparare. Et si ullus homo vel femina iure

suo illum honorem consecutus fuerit, habeat s. Cucufas et eius conventus et teneat ipsam meam malleolam de Roda Milans cum terra in qua est fundata, donec ego vel propinqui mei reddamus et persolvamus s. Cucuphati L solidos denariorum Barchinone. Que vinea est in territorio Barchinone, in parrochia s. Eulalie Provinciane, in predicto loco, que terminatur: ab {oriente} in alio meo honore, a meridie in alodio s. Eulalie, ab occiduo in alodio Petri de Bagnealis, a circii similiter. Si quis hoc...

Actum est hoc kal:° marci, a.° Domini MCXCII.°

S + m Ermesendis, que hoc laudo et firmo; S+m Bertrandi de Fiol; S + m Geraldí de Speluncis; S + m Petri, sacerdotis; S + m Guillelmi Bovis; S + m Bernardi Cuch; S + m Petri Cuch; S.+ m Guillelmi de Belvis; S+m Guillelmi, presbiteri.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1189.

H9², agosto 13.

Guillermo Ramón de Moncada y su esposa hacen entrega al abad Guillermo del lugar donde se halla edificado el oratorio de la Virgen, llamado de la Cruz.

REGESTA : BALARI, *Origenes*, 169. — MAS, *Taula*, iii, 219; *Notes*, vi, 74 (n.° MXXXII). PEDEMONTE, *Notes*, 123.

A. C. A., Cart., f. 12, n.° 18.

Notum sit cunctis qualiter ego Guillelmus Raimundi de Monte Catano, et uxor mea Guielma, damus Deo et altari s. Cucuphatis et sue sacristie, nec non et Guillelmo abbati, ac Raimundo priori, omnique conventui eiusdem cenobii, ipsum scilicet locum in quo hedificatum est oratorium beate Marie que vocatur de Cruce, integriter, cum omni honore quem ibi dedimus iam et assignavimus; qui affrontat: ab oriente, in loco qui dicitur Torn, et in alodio Berengarii Mazana, et pervadit ad ipsam rocam vultureram; a meridie in podio quem dicunt Papiol; ab occidente in alodio s. Cucuphatis et s. Laurencii de Monte, a circio in ipsa serra alta et in alodio s. Laurencii et Berengarii Mazana. Sicut ab his affrontacionibus includitur et terminatur, ita hoc totum in pace... et sine vinculo clericorum et laboratorum... de nostro iure in ius et dominium prefati cenobii per franchum alaudium et liberum trahimus, et cum present: cartula liberamus integriter, cum omnibus in se habentibus, cum ingressibus et egressibus suis, cum aquis et pascuis et lignis omnibusque adempromoentis que ad usum hominis pertinent, sicut melius dici vel intelligi potest ad salvamentum iam dicti loci s. Marie et prescripti cenobii et eiusdem sacristie, ac Raimundi, prioris, nec non et successorum fratrum in perpetuum, et ad servicium et honorem Dei et beate Marie, et ob remedium animarum nostrarum, ominumque nostrorum parentum, ut simus participes in omnibus helemosinis, sacrificiis, et orationibus, que Deo facte fuerint in sepe dicto cenobio s. Cucuphatis atque in prenotato oratorio s. Marie de Cruce usque in finem seculi. Sunt hec omnia in comitatu Barchinone, infra terminus Castellarii ac s. Minati. Si quis hoc...

Quod est actum idus augusti, a.º Domini MCXCII.º

S + m Guillelmi Reimundi; S + m Guillelme, uxoris eius, qui hoc iirmaido firmare rogamus; S + m Bernardi de Pulcro Loco; S + m Guilaberti de Scintillis; S + m Berengarii, fratris eius; S + m Berengarii de Auriag; S + m Petri de Castlaril; S + m Raimundi de Cannellis.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1190.

1192,

noviembre 22.

Geraldo de Plano y su esposa prometen a la limosnería del Monasterio la tasca del alodio de "Palacio".

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 330; *Notes*, vi, 75 (n.º MXXXIII).

A. C. A., Cart., f. 51 v, n.º 183.

Notum sit cunctis quod ego Geraldus de Plano, et filius meus Bernardus, damus Domino Deo et elemosine s. Cucuphatis tascham fideliter in ipso nostro alaudio quod. habemus in comitatu Barchinona, et in terminio s. Cucuphatis et in parroechia s. Petri Octaviani, in loco quem dicunt Palacium, et in alio loco iuxta alaodium elemosine quem dicunt Ferigola. Et hoc donum facimus ob remedium animarum nostrarum et ut simus nos et nostri post nos in tui-cione et defensione s. Cucuphatis. Si quis hoc...

Actum est hoc x.º kal. dec., a.º Domini MCXCII.º

S + m Geralli de Plano; S + m Bernardi; S + m Marchese, filiorum eius; S + m Berengarii Belot; S + m Berengarii de Hospitali; Petrus, sacerdos, huius rei testis, ss.

RAIMUNDUS, acolitus, qui hoc scripsit...

1191.

1192, noviembre 25.

Ramón de Sales y su esposa definen al abad Guillermo cierto "honor" que pretendían pertenecerles, sito en "Vale Canaria", recibiendo por ello treinta sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 327; *Notes*, vi, 75 (n.º MXXXIV).

A. C. A., Cart., f. 48v, n.º 164.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus, filius Petri de Sales, et uxor mea Raimunda, deffinimus et evacuamus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et tibi domno Guillelmo, abbati, et successoribus vestris in perpetuum, illum scilicet honorem totum, quem vobis proclamabamus iure hereditatis, integrit-ter, cum omnibus in se habentibus, in comitatu Barchinone, in terminio s. Cu-cuphatis, in parroechia s. Petri Octaviani, in locum quem dicunt Valem Ca-nariam, ita ut de hac hora in antea in predicto honore nos vel aliquis per nos aliquid non requiramus, sed faciatis inde... sicut de... proprio alodio... sine ullo... retentu. Et accipimus pro hac difinizione de bonis prefati monasterii xxx solidos de Barchinona. Si quis hoc...

Quod est actum vii.º kal. dec., a.º Domini MCXCII.º

S + m Raimundi de Sales; S + m Raimunde, uxeris eius, qui hoc firmando firmare rogamus; S + m Guillelmo de Avinione; S + m Berengarii Belot; S + m Raimundi Bovis, huius rei testes sunt; S + m Raimundi de Sales.

PETRUS. sacerdos, qui hoc scripsit...

1192.

1192,

diciembre 22.

Oller y su esposa dan al Monasterio un alodio sito en Olibencs, pagando como censo pedia cuartera de aceite.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 327; *Notes*, vi, 76 (il.º MXXXV).— HINOJOSA, *El regimen*, 173.

A. C. A., Cart., f. 497'. n.º 171.

Notum sit cunctis qualiter ego Ollarius, et uxor mea Guillelma, damus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis ob remedium... ipsum nostrum alodium totum sicut eum habemus et habere debemus in comitatu Barchinone, in termino s. Cucuphatis, in parrochia s. Petri Octaviani, in loco quem dicunt Olibencs, et in planis de Furno. Tali vero conditione ut nos et nostri sinius inde solidi stantes s. Cucuphatis, et donemus annuatim in Natale Domini prefato monasterio per censum predicti alodii medium quartarium olei ad mensuram legitimam s. Cucuphatis, et predictum monasterium et ibi habitantes non possint in prelibato alodio alium censum vel usaticum mittere, set habeant nos et nostros semper sub defensione et tuiciom: contra cunctos homines sicut alios suos proprios homines, et hoc donum facimus in potestate domni Guillelmi abbatis. Si quis hoc...

Quod est actum xi.º kal. ian., a.º Domini MCXCII.º

S + m Ollarii; S + m Guillelme, uxor eius. qui hoc firmando firmare rogamus; S + m Petri; S + m Raimundi; S + m Berengarie; S + m Raimunde, filionun et: filiarum eius; S + m Berengarii Belot; S + m Raimundi Zabaterii; S + m Raimundi Bovis; S + m Berengarii de Cercitulo, huius rei testes sunt.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1193.

1193, abril 17.

Los hermanos Rolando y Pedro Oliver venden a Pedro Arnaldo un manso sito en Olorda, por 20 sueldos.

REGESTA: MAS. *Notes*, vi, 76 (n.º mxxxvi).

A. C. A., Cart.. f. 233, n.º 733.

Notum sit cunctis quod nos ambo fratre Rotulandus et Petrus Olivarii, qui fuimus filii Olivarii Pellicerii et uxoris eius Villane, vendimus tibi Petro Arnalli et tuis illum mansum nostrum cum omnibus suis pertinenciis et tene donibus cultis et heremis quem habemus, paterna voce sive materna alisque modis et vocibus, in comitatu Barch., in parrochia s. Crucis de Olorda, ad

collum Bassum in alodio s. Cucuphatis et ut melius dici vel intelligi potest ad tuum salvamentum de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ad tuam voluntatem faciendam, sine ullo nostro nostrorumque retentu et annuatim in Natale Domini per censum ipsius mansi tribuas cenobio s. Cucuphatis unam pernam de precio duorum solidorum, aut duos solidos et unum par caponum. Atque ibi alium seniore non proclames nec facias nisi s. Cucuphatem et abbatem et monachos suos vel baiulum suum. Accipimus a te pro hac vendicione xx solidos denariorum Barch. Si quis hoc...

Actum est hoc xv.º kal. madii, a.º Domini MCXCIII.º

S + m Rotulandi; S + m Petri Olivarii, qui hoc laudamus et firmamus; S + m Petri Aimerici; S + m Amati; S + m Petri Adeil.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1194.

1193, abril 26.

Gerardo Alamany aprueba la compra del mansa Parellada hecha por el abad Guillermo.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 77 (n.º MXXXVII).
A. C. A., Cart., f. 230, n.º 723.

Notum sit cunctis qualiter ego Geraldus Alamagni, recognosco Deo et monasterio s. Cucufatis et tibi domno Guillermo, abbati, quod illum mansum de Pariliata quem comparastis de Raimundo de Guardia in comitatu Barch., in terminio castris Cervilionis, et in parroechia s. Vincencii de Ortis, suum directum erat et ratio, et ego laudo et confirmo illam vendicionem, sicut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem s. Cucuphatis et eius serviencium, sine omni meo meorumque retentu. Adhuc recognosco vobis quod illum mansum de Campo Precioso quem ego ingeniose vendidi Raimundo Ferrario Barch., in parroechia s. Iohannis de Pinu, parentes et progenitores mei iam eum ob remedium animarum suarum prescripto monasterio dimiserant et est ius et alaudium s. Cucuphatis.

Quod est actum v.º kal. may. a.º Domini mxciii.º

S + m Geraldus Alamagni; S + m Berengarie, uxoris eius, qui hoc firmando firmareque rogamus; S + m Guillelmi de Cervilione; S + m Raimundi de s. Licerio; S + m Arnalli de Valtano; S + m Ferrarii de Celata; S + m Arnalli, sacerdotis; S + m Raimundi de s. Felice, huius rei testes sunt.

Petrus, sacerdos, qui hoc scripsit...

1195.

1193, abril 30.

Gerardo Alamany define al Monasterio la fortaleza de Matoses.

REGESTA: RIBERA, *Genealogia*, 196. — MAS, *Notes*, vi, 77 (n.º MXXXVIII).
A. C. A., Cart., f. 183, n.º 586.

Notum sit cunctis quod ego Gerallus Alamanni, ob remedium... dono et reddo atque difinio Domino Deo et monasterio s. Cucufatis et tibi Guillermo, abbati, et monachis eiusdem loci presentibus et futuris, ipsam nostram fortitu-

dinem, quam vocant Matoses, cum omnibus suis alodiis et tenedonibus et cum toto illo honore, culto et inculto, et cum omnibus nostris directis et cum omnibus que nos vel homines per nos habemus et tenemus vel habere debemus quocumque modo infra terminum castri Mazcheffe per omnia loca, cum introitibus et exitibus suis, integriter, ac ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem cenobii s. Cucuphatis et vestrum. Et de nostro iure in vestrum trado dominium et potestatem per alodium vestrum francum, ut vos vel homines per vos et per vestram vocem in sana pace habeatis... predicta omnia vobis damus sicut superius sunt scripta ad utilitatem predicti monasterii et eius serviencium ut melius dici vel intelligi potest inperpetuum possidenda. Quisquis hoc violare...

Actum est hoc ii.º kal. madii, a.º Domini MCXCIII.º Incarnacionis.

S + m Geralli Alamanni, qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo; S + m Berengarie, uxori sue; S + m Raimundi Alamanni; S + m Berengarii de Torreies; S + m Arnalli de Paleia; S + m Raimundi de Bovis; S + m Berengarii Belot; S + m Guillelmi de Cervilione, qui hoc laudo et firmo; Petrus Arnaldi, capellanus.

Geralli Alamani, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1196.

1193, mayo 5.

Testamento de Gerardo Alamany.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 78 (n.º MXXXIX).

A. C. A., Cart., f. 183, n.º 587.

Quoniam in hac carne... ego Gerallus Alamanni iacens in lecto egritudinis in mea plena et sana memoria facio meum testamentum et eligo manusmisores meos, scilicet: Berengariam uxorem meam et Bernardum, Vicensem archidiachonum, et Guillelmum de Aquilone, maiorem, quibus precipio onores meas sicut inferius ordinavero. In primis dimitto corpus meum et animam Domino Deo et monasterio s. Cucufatis, cum illa fortitudine quam vocant Matoses, cum suis tenedonibus et cum onnibus que habeo vel habere debeo infra terminum castri de Mazcheffa, ut melius dici vel intelligi potest, ad hutilitatem s. Cucuphatis. Dimitto namque Guilelmo de Cervilione, filio meo, castrum de Cervilione et castrum de Ielida cum suis terminis, et castrum de Ferran et castrum de Granada cum suis terminis, et castrum de Vila de Mager, et castrum de Miralle cum suis terminis et castrum de Rocheta et castrum de Aquilone cum suis terminis. Et dimitto Gerallo, nepoti meo, castrum de Viciania et castrum de Copons et castrum de Muntfalco et castrum de Taiada cum eorum terminis, et castrum de Camarasa et de Cubels cum suis terminis, et castrum de Cervaria et castrum de Alos et de Marcovai cum eorum terminis, et castrum de Todela et Artesa, sicut genitores mei melius habuerunt pro vicecomite de Cabrera, et quiquid antecessores mei habuerunt in episcopatu Urgellensi, et dimitto ei castrum de Guimera et castrum de Taiadel, pro emena castri de Granada. Et sit hoc Gerallus contradicerit, esset iam dictum de Taiadel Guillelmi de Cervilione. Preterea dimitto Raimundo Alamanni, filio meo,

castrum de Mundo Acut cum suis terminis, et castrum de Cherol et de Piana et de Elmela, cum eorum terminis, et castrum de Sancta Perpetua et castrum de Pontils cum terminis eorum, et castrum de Muntclar et omnes meos directos, quos habere debeo in castrum de Valle Espinosa, tali modo quod Berengaria, mater sua, sit inde domina et potentissima, sine vinculo alicuius hominis vel femine, quandiu vixerit. Et dimitto Geralle, filie mee, septem milia solidorum et duo milia in pignore de Ollesa de Monte Serrato et quinque milia in denariis. Preterea mando Geralle, filie mee, ut diffiniat Guillelmo de Cervilione, fratri suo novem milia solidorum quos dedi ei super castrum de Miralle. Et pro hac diffinitione Guillelmus de Cervilione donet ei tria milia solidorum bone monete Barchinone. Et dimitto Guillelmo de Cervilione, filio meo, mille sexcentos solidos quos Barbetus de Castrovetuli debet michi. Et rogo et mando ut idem Guillelmus Barbeto querat iam dictam pecuniam, et per bonam fidem reddat eam sorori sue Geralle. Et dimitto Elicsendi, filie mee, ut tandiu teneat et expletet castrum de Ielida et castrum de Ferran, et castrum de Granada donec de expletis habeat mille morabetinos, Et Guillelmus, filius meus, si contra hoc mandamentum et voluntatem meam veniret, habeat et teneat Elicsen, filia mea, castrum de Ferran cum suis terminis, donec Guillelmus de Cervilione persolvat ei mille morabetinos bonos. Et si Guillelmus redimere voluerit iam dictum castrum de Ferran, habeat iam dicta Elicsen, filia mea, potestatem inpignorandi vel vendendi pro mille morabetinis cuicumque persone voluerit sine impedimento... Et dimitto ei meum equum Baig, et centum quinquaginta morabetinos quos habeo in pignore quod teneo de Guilia de Banieres in castro de Vila de Maguer. Tali modo ut teneat tantum iam dictum pignus usque predictos centum quinquaginta morabetinos habeat inde levatos, postea hoc pignus sit solum Guilie de Banieres et suis. Et castrum de Talavera dimitto Gerallo de Aquilone nepoti meo et si ipsae decederet sine hereditas[1]redeat Guillelmo, patri suo, et si ambo isti decederent sine prole legitima, redeat Raimundo Alaman. Preterea sciant omnes quod propter iniurias et malefacta, que valent ultra quadraginta milia solidorum, que Gerallus, nepos meos, fecit mihi semper sine fatigacione directi qua in me non invenit propter hoc omnia sicut superius sunt scripta dimitto Guillelmo, filio meo, et dimitto Capelle de Cervilione ipsum decimum quod teneo pignus Raimundi de Rosanes iu parrochia de Orts per x morabetinos. Insuper si Gerallus, nepos meus, prenomatus decederet sine prole de legitimo coniugio, superstites redeat hereditas ipsius inter Guillelmum de Cervilione et Raimundum Alaman, medium per medium. Et si forte Guillelmus de Cervilione obiret sine liberis de legitimo coniugio existentibus, redeat totus honor eius Raimundo Alamanni et filiis suis. Et si Raimundus Alamanni obiret sine filiis legitimis, redeat castrum de Muntacut et castrum de Sancta Perpetua Guillelmo de Cervilione et totus alius eius honor inter Gerallam et Elicsen, medium per medium; et si forte Guillelmus de Cervilione et Raimundus Alaman obirent sine liberis legitimis existentibus, totus honor ipsorum redeat inter Gerallam et Elicsem, medium per medium; et si decederet Gerallam sine liberis legitimis, eius honor redeat ad Elicsen, et similiter de Elicsen ad Gerallam.

Actum est hoc iii.º nonas madii, a.º Domini MCXCIII.º Incarnacionis.

S + m Geralli Alamanni, qui hoc testamentum feci et propria manu firmavi; S + m Berengarie, uxori sue; S + m Guillelmi de Aquilone; S + m Guillelmi

de Blanchafort; S + m Raimundi de Senleir; S + m Bernardi de Ielida; S + m Guillelmi de Cervilione; S + m Raimundi Alamagni; His Bernardus ita scripsit favet archilevita.

Petrus, presbiter. qui hoc scripsit...

l. hbis. C.

1197.

1193,

agosto 4.

Guilia, señora de Bañeres, restituye a Pedro de Bañeres y a su hermano Bernardo el lugar de Albornar que retenía injustamente.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 499; *Notes*, vi, 78 (n.º MLX).
A. C. A., Cart., f. 105, n.º 356.

Sit notum cunctis, presentibus atque futuris, quod ego Guila, domna de Bagnariis, dono et reddo atque difinio tibi Petro de Bagnariis et fratri tuo, Bernardo, et omni vestre proieniei atque posteritati, ipsum locum de Albomar quam ego vobis iniuste auferebam. Predictum locum de Albomar dono et reddo atque difinio vobis et vestre posteritati, sicut melius instrumentum * vestrum * de castro de Tornalbui resonat vel dicit, ita tamen ut habeatis... Si quis hoc...

Actum est hoc iii.º nonas augusti, a.º Domini MCXCIII.º

S+m Giulie, domna de Bagnariis, qui hoc facit, firmo, firmarique rogo; S+m Guillelmi de Bagnariis; S+m Arnaldi de Bagnaviis; S+m Guillelmi Copanni; S+m Bernardi Geraldi; S+m Iohanni Ferrarii.

GUILLELMI, presbiter, qui hoc scripsit...

1198.

1193,

diciembre 2.

Pedro Arnau vende al abad de San Cugat, por treinta sueldos, el manso que poseía en Santa Cruz de Olorde, en el lugar llamado "Collum Bassium".

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 78-9 (n.º M.XI.I).
A.C.A., Cart., f. 234, n.º 734.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Arnalli, vendo tibi Guillelmo abbati s. Cucuphatis et conventus ipsius loci, illum mansum cum suis pertinenciis et tenedonibus, cultis et heremis quem emi de Rotulando et de fratre suo Petro Olivarii in comitatu Barch., in parrochia s. Crucis de Olorde, ad Collum Bassum in alodio s. Cucuphatis, et ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem s. Cucuphatis de meo iure in vestrum trado ad vestram voluntatem faciendam, sine vinculo ullius... Accipio namque a vobis pro hac vendicione xxx solidos denariorum Barch. et nichil apud vos remansit inde indebito; et est manifestum. Si quis hoc...

Que est acta ii.º non. dec., a.º Domini MCXCIII.º

S+m Petri Arnalli, qui hoc laudo et firmo; S+m Amati de Archubus; S+m Raimundi de Palacio; S+m Berengarii de Turredella.

S+m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1199.

1193'

diciembre 19.

Guillermo de Cervelló elige sepultura en San Cugat y confirma al Monasterio el "honor" de Matoses y la conipra del manso de Parellada,

REGESTA : RIBERA, *Genealogía*, 196.—MAS, *Notes*, vi, 79 (n.º MXLII).
A. C. A., Cart., f. 183, n.º 589.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Cervilione, dono Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis in manu domni Guillelmi, abbatis, corpus meum et animam et eligo ibi sepulturam ad obitum meum, ita quod voluntatem meam inde aliquo modo non possim mutare in vita vel in morte. Et laudo et concedo atque confirmo Deo et s. Cucuphati, illam laxacionem quam pater meus Geraldus Alamagni fecit predicto monasterio de honore de ipsis Matosis, et similiter laudo et concedo atque confirmo Deo et predicto monasterio illum mansum de Pariliata, cum suis pertinenciis, quem predictus abbas et monachi ipsius monasterii emerunt de Raimundo de Guardia infra terminum castri de Cervilione, ut hec omnia prenominata habeat predictum monasterium et monachi sui per suum proprium alodium, sine vinculo... Et facio me socium et cofratrem et amicum iam dicti monasterii et convenio atque promitto predictura honorem guarentire, et omnem alium honorem et res iam dicti monasterii iuvare et defendere tanquam res meas proprias in omnibus locis, bona fide, sine engan. Et ut melius hec omnia habeam observare et firmiter compelere, iuro attendere per Deum et hec sancta iiii.^{or} Evangelia.

Actum est hoc xiiii.º kal. ian., a.º Domini MCXCIII.º

S + m Guillelmi de Cervilione, qui hoc laudo et firmo firmarique rogo; S + m Raimundi Alamagni, fratris eius; S + m Raimundi de Tous; S + m Berengarii Bovis; S + m Guillelmi de Tuguriis; S + m Poncii de Sancta Oliva; S + m Raimundi Sesteroni.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1200.

1194, octubre 1.

Romeo, hijo de Berenguer de Sarriá, da y define al abad Guillermo el "honor" que su padre poseía en diferentes lugares, exceptuando el de Vallvidrera, recibiendo del Monasterio setecientos sueldos.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 80 (n.º MXLIV).—CARRERAS, *Notas Sarriá*, 103.—SAGARRA, *San Vicente*, 68.

A. C. A., Cart., f. 287 v, n.º 888.

Notum sit cunctis quod ego Rumeus, filius qd. Berengarii de Serriano, libenti animo et bona voluntate, dono et diffinio et evacuo et solvo Deo et cenobio s. Cucuphatis totum illum honorem mansos, videlicet et terras, vineas, olivarias et arbores, diversi generis, preter illum honorem de Vallevitraria, ubicumque pater meus iam dictus Berengarius de Serriano olim defunctus habuit et tenuit per cenobium s. Cucufatis in omni territorio Barchinone, vel

in eius comitatu, in omnibus locis, exceptus ipso honore vallis Vitrarie, et ut melius hec omnia pater meus prenominatus habebat vel habere debebat per s. Cucufatem ubique locorum quibuslibet modis ac vocibus sicut melius dici vel intelligi potest, de meo iure in ius et dominium eiusdem cenobii perpetue trado et dono et transfero in manu dompni Guillelmi, abbatis eiusdem loci, ad utilitatem ipsius cenobii, ad quicquid ibi exinde abbas et monachi s. Cucuphatis facere voluerint, ad suam voluntatem, sine ullo meo meorumque retentu. Accipio namque de bonis s. Cucufatis propter hanc diffinicionem, dcc solidos denariorum bone monete Barchinone valentis marchos argenti XLIII. ^{or} solidos; et est manifestum. Si quis hoc...

Actum est hoc kal. oct. a.º Domini millesimo cxciiii.º

S + m Rumei, qui hoc laudo et firmo firmarique rogo et eligo sepulturam meam in predicto monasterio et concedo ad diem obitus mei; S + m Guillelme, uxoris eius, qui hoc laudo et firmo; S + m Poncie, matris predicti Rumei; S + m Arberti de Castrovetulo; S + m Dalmacii de Crexello; S + m Raimundi de Crexello; S + m Guillelmi de Solario; S + m Guillelmi Bovis; S + m Guillelmi de Avinione; His Bernardus ita scriptis favet archilevita.

S. + m Petri de Corron, qui hoc scripsit...

1201.

1194,

octubre 2.

Llobet de "Aspicellis" define a Berenguer de Santa Oliva todo lo que posee en Aspicellis, recibiendo doscientos sueldos.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 80-1 (n.º MLV).

A. C. A., *Cart.*, f. 158, n.º 513.

Cunctis sit manifestum quod ego Lobet de Aspicellis, difinio et evacuo tibi Berengario de s. Oliva, preposito de Aspicellis, omnes res meas, videlicet; domos et pignoras et universa que habeo vel habere debeo in villa de Aspicellis et in omnibus terminis eius quicquid habeo vel habere debro qualicumque voce, tali modo ut ego neque aliquis homo per me non possimus contra hanc difinicionem venire neque aliquid demandare, set semper omnia sint in ius et dominium vestrum et monasterii s. Cucuphatis ad faciendas vestras voluntates, et hoc facimus, bono animo et libera voluntate. Accipio ego Lobet pro hac difinicione a te Berengario de s. Oliva cc solidos denariorum bone monete curribilis Barchinone, quos mihi dedisti propter difinicionem.

Actum est hoc vi.º nonas octobris, a.º MCXCIII.º

S + m Lobet, qui hanc difinicionem facio et firmo et testes firmare rogo; S + m Petri Ermengaudi, fratris eius; S + m Marchet; S + m Iohannis, filii eius; S + m Berengarii Mathei, nos qui hanc difinicionem [13] S + m Subirane de Lobeto.

Berengarii, presbiteri, qui hoc scripsit...

1202.

1194,

octubre.

Bernardo de Papiol define a favor de Guillermo, abad del Monasterio, el castillo de Albiñana, recibiendo del cenobio quinientos sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 496; *Notes*, vi, 78-9 (n.º MXI.III).
A. C. A., Cart., f. 100v, n.º 343.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Papiol, per me et meos, diffinio et evacuo Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis, in manu abbatis Guilelmi eiusdem monasterii tocusque eius conventus, totum ipsum castrum de Albiniana, cum militibus et cum ipsa castlania, et cum omnibus que ad eundem castrum pertinent, vel pertinere debent per cuncta loca, sicuti vos mihi per violarium dederatis; et de meo iure et dominio in vestrum vestrorumque trado dominium in perpetuum, ut melius dici... ad vestrum... salvamentum, sine... retentu... Hoc autem facio et diffinio ob remedium anime mee, et insuper accepi de bonis prelibati monasterii, D solidos denariorum Barchinonensium de quibus nichil inde remansit; et est manifestum. Si quis hoc...

Quod est actum mense october, a.º Domini MCXCIII.º

S + m Bernardi de Papiol, qui hoc laudo et firmo, testesque firmari rogo; S + m Arberti de Apierola; S + m Bernardi de Sent Iusti; S + m Raimundi Faber; S + m Berengarii de Bleta, iunioris; S + m Arnaldi Perdiger; S + m Bernardi de Valdaurex; S + m Provincialis.

S + m GERALDI, presbiteri, qui hoc scripsit precepto B. clerici de Villafancha. •

1203.

1194,

noviembre 8.

Pedro Umberto se entrega al Monasterio con todo lo que posee en Sardañola y otros lugares.

RKKGSTA: MAS, *Taula*, iii, 325-6; *Notes*, vi, 81 (n.º MLXVI).
A. C. A., Cart., f. 48, n.º 161.

Notum sit cunctis qualiter ego Petrus Umberti, dono et trado me ipsum Deo et cenobio s. Cucuphatis cum omni meo alodio quod habeo vel habere debeo in cunctis locis, simul cum ipsis domibus que ibi sunt. Tali tamen conditione: ut de omni predicto alodio in omni vita mea donem prescripto monasterio pro censum annuatim in natale Domini par unum caponum. Post obitum vero meum omnis progenies et posteritas mea donet semper prefato cenobio de omni iam dicto alodio tascham fideliter et simus ibi solidi semper s. Cucuphatis stantes. Et propter hoc donum predictum monasterium vel ibi habitantes nullam forciam, censum vel usaticum mihi vel meis post me faciat ibi, nec facere possit, set sit inde semper defensor noster sicut de suis propriis hominibus. Est autem predictum alodium in comitatu Barchinone, in termino s. Cucuphatis et in parroechiis s. Petri Octaviani et s. Martini de Cerdaniola, vel in aliis locis. Si quis hoc...

Quod est actum vi.º idus novembris, a.º Domini MCXCIII.º

S + m Petri Umberti, qui hoc firmando firmare rogo; S + m Marchese, uxoris eius; S + m Berengarii Belot; S + m Raimundi Bovis; S + m Bernardi Bartholomei; S + m Bernardi de Yalleurex.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1204.

1194,

noviembre 30.

Bon Macip se ofrece cono monje al Monasterio.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 81-2 (n.º MXI.VII).

A.C.A., Cart., f. 182, n.º 584.

Notum sit cunctis qualiter ego Bonus Mansipium de Granata, dono et offero me ipsum Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis ad monachum faciendum in potestate domni Guillelmi, abbatis, scilicet cum ipso manso de Sales, cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus, integriter, sicut eum habeo per alaudium franchum in comitatu Barchinone, in termino castri Apierola, et in parrochia s. Petri, et sicut iam ego et uxor mea Ermesendis per nostram hereditatem et ob remedium animarum nostrarum in nostro testamento predicto cenobio assignavimus, ita de meo iure in ius et dominium prefati cenobii cum presenti cartula prescriptum mansum integriter cum omnibus in se habentibus libero atque trado, ad faciendum inde... Addo huic donacioni adhuc unum sarracenum nomine Ali. Si quis hoc...

Quod est actum ii.º kal. oct., a.º Domini MCXCIII.º

S + m Boni Mancipii, qui hoc firmando, firmare rogo; S.+m Guillelmi; S + m Raimundi, filiorum eius; S + m Bernardi Zabaterii; S + m Arnaldi, sacerdotis; S+m Raimundi de Avinione, huius rei testes sunt.

Petrus, sacerdos, qui hoc scripsit...

1205.

1194,

diciembre

23.

Bernardo de Vilardida y su mujer venden a Pedro de Bañeres, a su hermano y a toda su posteridad los derechos que poseen en Albornar, por doscientos sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 499; *Notes*. vi, 82 (n.º MXLVIII).

A. C. A., Cart., f. 105, n.º 357.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Vilardida, et uxor mea Iusiana, vendimus tibi Petro de Bagnariis, et fratri tuo Bernardo, et omni vestre proieinie atque posteritati, omnes nostros directos quod habemus et habere debemus in ipso Albornar et in omnibus suis terminis vel pertinenciis qui ad eiusdem quadra pertinent vel pertinere debent. Predictos nostros directos sicut nos ibi melius habemus et habere debemus vendimus vobis et vestre posteritati ad habendum, tenendum... Accepimus a vobis pro hac vindicione cc solidos de-

nariorum bone monete Barchinone, quod vobis dedistis nobis et nos propriis manibus recepimus et sumus bene pagati. Si quis hoc...

Actum est hoc x.º kal. ian., a.º Domini MCXCIII.º

S + m Bernardi de Villardida; S + m Iusiane, uxoris eius, nos qui hoc facimus, firmamus, firmarique rogamus; S + m Arnaldi; S + m Arsendis, filiis eorum; S + m Petri de Fonte Excissa; S. + m Bernardi de Pulcro Vicino; S + m Guillelmi de Bagnariis.

Guillelmus, presbiter, qui hoc scripsit...

1206.

1195, septiembre 5.

Guillermo de "Bassia" define al abad Guillermo unas tierras que tenía en el Panadés.

REGESTA: MAS, *Taula*, iv, 321; *Notes*, vi, 83 (n.º ML).

A. C. A., Cart., f. 145 v, n.º 471.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Bassia, diffinio vobis domne Guillelme, venerabilis abbas s. Cucufatis, quandam peciolam terre, que est in Penitensi, iuxta mansum Petri Carbonis, qui eam per me nunc tenebat, et ego adquisieram a Guillelmo de za Granada. Hanc siquidem terre peciam diffinio, et de meo iure in dominium s. Cucufatis et nostrum nostrorumque successorum, transfero, bono ariimo, ad preces et mandatum eiusdem domni Guillelmi de Granata, sine omni retentu, per secula cuncta.

Facta carta non. sept, a.º MCXCV.º

S + m Arnaldi Umber; S + m Poncii Fuster; S + m Petri de Malgrana.

Ego Guillelmus de Bassia, scripsi hanc cartam et feci hoc sig ss. num.

1207.

1195,

septiembre 14.

El abad Guillermo permuta con Guillermo de la Granada la mitad de lo que poseen en Malconsell, recibiendo en cambio una hacienda.

REGESTA: MAS, *Taula*, iv, 321; *Notes*, vi, 83-4 (n.º MLJ).

A. C. A., Cart., f. 145, n.º 470.

Notum sit cunctis qualiter ego Guillelmus, Dei gratia s. Cucufatis abbas, et omnis eiusdem conventus, comutamus tibi Guillelmo de Granata et tuis totum hoc quod habemus et habere debemus in ipso castro quod dicitur Malum Consilium, scilicet, medietatem, et recipimus a te in comutacionem ipsam mansum de Curtilio ubi Ferrarius et sui habitant integriter, sicut eum habes et habere debes, cum suis pertinenciis, et unum capum sicut est terminatus prope ipsum mansum de Malgrad. Affrontat autem predictum castrum de Malo Consilio: ab oriente in quadra de Sancte Fide et in decimali de Avinione, et de Olerdula, a meridie in terminio castri s. Martini, a circio in via publica que pergit a s. Martinum, seu ad alia loca. Mansus vero predictus de Curtilio

affrontat: ab oriente in alodio qd. Poncii Maiol que tenet modo Geraldus de Curtilio, a meridie in alodio Bernardi de Garricis, sive in alodio prefati Poncii Maiol, ab occiduo in alodio qd. Poncii Petri de Bagnariis, a circio in via publica que vadit ad Granatam vel ubique. Campus autem prescriptus affrontat: ab oriente in alodio de Malgrato et in prato quod tenet Vives de Puig Dalbar per te, a meridie in tua pariliata et in alodio qd. Bernardi Rotlandi quod modo est Durandi de Ivers, de occiduo in alodio ecclesie s. Fidis et in alodio de Malgrato, a circio similiter; prescriptum vero castrum tu, et tui post te, habeatis semper per alodium francum ad omnem vestram voluntatem faciendam, sicut ibi habemus et habere debemus, et nos et successores nostri habeamus semper per alodium franchum prescriptum mansum et campum ad omnem nostram voluntatem similiter faciendam, et sitis inde nobis semper auctores et guarentes contra cunctos homines, et nos similiter vobis. Sunt hec omnia in comitatu Barchinone, in Penitense, in parrochia de Granata et s. Fidis. Si quis hoc...

Quod est actum xviii.º kal. oct., a.º Domini MCXCV.º

+ Guillelmus, Dei gratia s. Cucuphatis abbas; Berengarius, monachus; Raimundus, monachus; Arnallus, monachus; Berengarius, monachus; Arnallus, monachus; Guillelmus, monachus; S + m Guillelmi de Granata; S + m Bertrandi de Castelletto; S + m Guillelmi Petri; S+m Raimundi de Vite; S+m Petri de Bassa.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1208.

1195.

noviembre 20.

Testamento de Guillermo de Santa Coloma.

REGESTA : MAS, *Notes*, vi, 85 (n.º MLIII).

A. C. A., Cart., f. 353, n.º 1037.

In Christi nomine. Ego Guillelmus de s. Columba, egritudine detentus, plenus tamen sensu et memoria integra, facio meum testamentum et eligo manusnssores meos, scilicet Guillelmus de s. Vincentio et Berengarium de Turriiis, et Bertrandum de Palatiolo et Guillelmum de Terracia atque Bernardum de Muredine, quibus precipio, ut si me mori... Primum dimitto corpus meum ad sepeliendum Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis, cum lecto meo et cum ipso meo manso de Pradel, cuni omnibus suis pertinenciis et tenedonibus, queni habeo in Lizano, et cum ipso prato qui ibi est, quod ego olim eidem cenobio contendebam, quod modo in perpetuum diffinio et solido. Dimitto sedi Barchinone et episcopo xx solidos; dimitto altari beate Marie, quod constructum est in ecclesia s. Christofori de Lizano, totam illani meam laborationem panis et vini, quam ego habeo in Lizano, ut habeat et teneat eam predictum altare, in perpetuum, per suum liberum et franchum alodium, ita videlicet quod in predicta ecclesia s. Christofori instituat quidam presbiterum per omne tempus qui iam dictum altare beate Marie deserviat et pro anima mea omniumque parentum meorum cunctorumque fidelium missas in eo celebrat et omnes alias canonicas horas divinitus institutas in predicta ecclesia Domino

Deo cotidie persolvat; et ipse presbiter habeat et teneat in dominium predictam laborationem omni tempore. Et rogo donnam Guillelmmam, uxorem meam, ut post meum obitum, statim deliberet et solvat predictam laborationem iam dicto altari, quod si ipsa hoc facere noluerit, mando ut post obitum uxoris mee continuo predicta laboracio tota integriter revertatur iam dicto altari, ut superius dictum est, et mando vero iam dicti manumissores mei dum vixerint, cum consilio abbatis s. Cucuphatis et cum assensu et voluntate presbiteri iam dicte ecclesie s. Christofori statuam et eligam perpetuum presbiterum virum scilicet sapientem et honestum, qui iam dictum presbiteratum habeat et teneat et sic semper abbas s. Cucuphatis et presbiter prefate ecclesie statuam deinde ipsum presbiteratum in illa, scilicet persona que meliorem et utiliorem ab hoc opus cognoverint; et quod predictum cenobium s. Cucuphatis, quod ego ibi per bonum agendum non per malum mito et ille qui in meo loco michi meisque successor vel successores extiterint defendant et manuteneant iam dictum presbiteratum per omne tempus, sicut melius potuerint. Dimito eidem ecclesie s. Christofori et clerico suo i moabetino, s. Marie de Barberano et clerico suo i moabetino, s. Columbe alium, s. Martino de Muredine, alium, et clerico suo, dimito Ospitali ipsa arma mea. Dimito et solvo atque diffinio Arnallo, presbitero de Palacio, illum honorem quem ego illi contendebam et emperaveram et rogo ut si manumissores mei invenerint et cognoverint aliquid quod ego iniuste alicui abstulerim vel per tortum tenuerim, quod ipsi absolvant et deliberent, ne anima mea sit pro eo in penis. Dimito Berengarie, filie mee, ipsum kastrum de Muredine et ipsam domum meam s. Columbe, cum omnibus terminis suis et cum cunctis sibi pertinentibus et pertinere debentibus; dimito filie mee minori ipsum kastrum de Lizano, cum cunctis sibi pertinentibus, exceptus ipsam fabricam, qua dimito consanguinee mee Elicsendi de Montetornes, quantum in ipsa fabrica habeo per alodium sive per feudum. Adhuc dimito et solido Berengarie, sorori mee, totum ipsum meum honorem de Poliniano, iam dictum kastrum de Muredine, totum integriter, sicut ego melius habeo et habere debeo per seniores meos seu per alias quaslibet voces, sic dimito illud predictae filie mee Berengarie. Similiter, sicut melius habeo et habere debeo ipsum kastrum de Lizano per Raimundum de Subiratis seu per alias quaslibet voces seu per alodio, sic totum integriter dimito filie mee minori, exceptus ea que superius dimisi altari beate Marie et s. Cucuphati et iam dicte Elicsendi. Dimito uxori mee Guillelme illum suum sponsalium quod ei feci et omnia alia directa sua que habere debet ubicumque locorum ubi habeat ea et teneat potenter... et post eius obitum revertatur iam dictis filiabus meis ut superius dictum est. Et mando vero predicta uxor mea cum iam dictis manumissoribus meis, sicut ipsi cognoverint, infra congruum tempus paccet omnia debita mea de eximentis tocius predicti honoris mei quem ipsa teneat et habeat ut dictum est, sicut ipsa debita vera invenientur per scripta vel per verbam veritatem, exceptus pignora honorum. Si vero uxor mea prefata debita persolvere voluerit, dimito iam dictam meam s. Columbe cum omnibus sibi pertinentibus et pertinere debentibus et cum ipsis molendinis et cum aliis que ego ibi habeo et habere debeo iam dicto cenobio s. Cucuphatis, totam, integriter, per suum liberum et franchum alodium, in perpetuum habendam et tenendam, iure perpetuum, ex hoc et in omne tempus, et quod ipsum cenobium s. Cucuphatis pacet omnia predicta debita mea, exceptus pig-

nora honorium. Si vero hoc contigerit ut domus s. Columbe per prefatam rationem in dominium s. Cucuphatis devenerit, iam dicta filia mea Berengaria habeat per dictum castrum de Muredine et filia mea minor habeat solummodo ipsum castrum de Lizano, ut predictum est; quecumque vero ex predictis filiabus meis sine legitimis obierit, tota eius pars et hereditas alteri revertatur. Si vero ambe sine legitimis obierit iam dictum castrum de Muredine et predicta domus s. Columbe revertatur sorori mee, Guillelme, et filiis suis, quos habet ex Remundo de Montetorneso; et ipsum honorem de Poliniano, revertatur sorori mee Berengarie et filiis suis, sicut iam superius ei dimisi; et ipsum castrum de Lizano, revertatur iam dicte Elicsendi que, si obierit sine prole legitima, revertatur ipsum castrum de Lizano meis propinguis. Illam vero castlaniam, quam habeo in domum de Kabannis et totum illum honorem quem habeo et habere debeo in termino ipsius domus et s. Fausti parrochie et in Martoreies et in termino katri de Matheron, totum, integriter, dimitto sorori mee Guillelme et Elicsendi predicte per medium equaliter. Et si Elicsendis obierit sine legitimis, revertatur hereditas illius, videlicet quam similiter habent Guillelme sorori mee et filiis suis, dimitto Guillelmo de s. Vincentio illum feudum quod tenet Guillelmus de Furnigaria per me in parrochia s. Marie de Calidis, in ipso foro et in termino katri de Monteboyno, ubi ipse Guillelmus de Funnigaria habeat et teneat illum per evum. Et mando quod Guillelmus de Furnigaria paccet illos denarios quos michi debet manumissoribus meis qui persolvant illos ad meum ostatge. Et rogo GuilJelmum s. Vincencii ut faciat pacari predictos denarios. Dimitto Petro de Montetorneso illum meum accipitrem quem tenet Guillelmus de Ripol. Mando preterea ut manumissores mei accipiant meum equum et garnidonem meam et vendant et paccerit inde illa debita mea que eig melius visa fuerint. Dimitto et reddo Petro de Astaforte et suis illum feudum, quod solitus est per meum honorem in Muredine, et mando ut teneat et accipiat illum per iam dictam filiam meam, quam ibi heredem institui, sed Guillelmus de Torredela et sui teneant illum feudum per eundem Petrus de Astaforte, sicut progenies sua olim illum hubuit et tenuit.

Actum est hoc xii.º kal. dec., a.º Domini MCXCV.º

S + m Guillelmi de s. Vincentio; S + m Berengarii de Turrilis; S + m Bertrandi de Palaciolo; S + m Guillelmi de Terracia; S + m Bernardi de Muredine, manumissorum ipsius; S + m Raimundi de Odena; S. + m Petri de Montetornes; S + m Guillelmi de Orta; S + m Raimundi de Turrilis.

Ego Guillelmus de Mora, presbiter, scripsit hoc...

Actum est hoc translatum v.º kal. aprilis, a.º Domini MCCVI.º

Testestes vero huius translati testamenti sunt hii: Berengarii, presbiteri; Petrus, presbiter; Arnallus, presbiter; Raimundus, sacerdos, qui hoc fideliter transtulit. . .

1209.

1195,

noviembre 28.

Bernardo de Vilanova reconoce que el Monasterio tiene potestad a la casa que posee en Vilanova y promete el homenaje debido al abad.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 84 (n.º MLII).

A. C. A., Cart., f. 372, n.º 1078 (escrit. s. xv).

Manifestum sit cunctis qualiter Bernardus de Vilanova, prompto animo et libera voluntate recognovit et promisit domno Guillelmo, abbati s. Cucuphatis et ipsi Monasterio, quod habebat in ipsa eius domo de Vilanova potestatem, et quod erat alodium s. Cucuphatis. Et promisit iam dicto abbati et ipsi Monasterio su{b}fide hominii, in manu osculando ipsum, quod ipse Bernardus et sui darent ipsam potestatem ipsi domui s. Cucuphatis in perpetuum. Et preterea quod {darent} par i gallinorum annuatim iam dicto Monasterio.

Quod est actum v.º kal. decembris, a.º Domini MCXCV.º

S + m Bernardi de Vilanova, qui hec firmo; S + m Raymundi de Pontonibus, huius rei testis; S + m Berengarii de Rivosicco; S + m Rodlandi, presbyteri; S + m Arnaldi Perdicarii; S + m Bernardi de Valle daurex.

Raymundus, sacerdos, qui hec scripsit...

1210.

1195,

diciembre 17.

Romeo de Sarriá da al Monasterio el honor que posee en Sarriá.

REGESTA: BALARI, *Origenes*, 128. — MAS, *Notes*, vi, 85-6 (n.º M.IV). — SAGARRA, *San Vicente*, 68.

A. C. A., Cart., f. 288, n.º 889.

Notum sit cunctis quod ego Rumeus de Serriano, concedo et recognosco Deo et monasterio s. Cucufatis et vobis dompno Guillelmo, abbati, et omni conventui, illum scilicet honorem quem habetis in territorio Barchinone in Serriano, et in suis adiacenciis et pater meus Berengarius de Serriano, integra memoria, ad obitum eius vobis iam similiter recognovit. Primum ad ipsam vallem peciam unam vinee que affrontad: ab oriente in ipso torrente, a meridie in alodio Berengarii de Cavalleria, de occiduo in alodio s. Marie de Sanctis, a circio m ipso margine et exit inde quartum et decimum, et ibi in alio loco iii pecias vinearum, cum olivariis que similiter donant quartum et decimum et affrontant ab omnibus partibus in alodio Iohannis de Puteo de Moronta et in Bederrida vineam i. que donat quartum et decimum et affrontat: ab oriente in ipso margine et in viario, a meridie et occiduo in margine, a circio in alodio Berengarii et Arnalli de Serraino et ipsum campum de Galifa cum olivaria qui donat quartum et decimum et braciaticum; et affrontat: ab oriente in torrente, a meridie in alodio s. Petri, ab occiduo in alodio episcopi, a circio in ipsa via. Et ad ipsum mansum Iohannis Bartolomei i peciam terre que donat quartum et braciaticum et decimum. Affrontat: ab oriente et circio in alodio canonice, a meridie in carrera, ab occiduo in riera. Et in Mogoria campum i et vineam i. donet de pare quartum et braciaticum

et decimum, et de vino quartum et decimum. Affrontat: ab oriente in alodio s. Silvestri, a meridie in ipso margine et in tenedone Gerardi Sabbui, ab occiduo in torrente et in alodio de Rivipollo, a circio in margine et in alodio canonice. Et in omni ipso honore de Reyadel habetis quartam partem, et ego aliam quartam partem et convenio vobis per bonam fidem, ut inquiram prefatum honorem de Reyadel fideliter ubicumque eum habere debemus. Et subtus domum de Serriano ipsos campos et vineas et olivarias, sicut dividit: ab oriente cum alaudio dei sacristia et ab ipso aragay et a meridie in alodio de Canellis et de Sepulcro, et de occiduo in ipsa riera et in alio alodio s. Cucuphatis, a circio in alodio canonice subtus villam. Et hoc totum est s. Cucufatis, excepta pecia s. Iusti i. et alia canonice, et alia s. Marie de Vallevitraria, et donat hoc quidem s. Cucufatis est de olivis medietatem, exceptis dominicis, et de pane quartum et braciaticum et decimum et in quibusdam locis quintum, et de vino quartum et decimum. Mansum Petri de Cagalel cum suis pertinenciis, sicut in sua precaria. Mansum de Sala sicut dicitur similiter in sua precaria et tenedones Petri Corba que donant quintum et braciaticum et decimum, et in villa s. Vincencii de domibus quas tenet Poncius de Serriano exeunt vobis ii paria caponum, de domibus vero quas ego et vos habemus ante ipsam ecclesiam exit i parilium gallinarum. Et ad ipsum archum Bonetus monachus de tenedonibus quas ibi tenet donat vobis censuales xviii + de + exceptus olivariis.

Quod est actum xvi.º kal. ian., a.º Domini MCXCV.º

S+m Rumei de Serriano, qui hoc concedo et firmo testesque firmare rogo; S+m Guillelmi Ferrarii; S.+m Guillelmi de s. Cecilia; S.+m Petri de Cagalel; S+m Guillelmi Bovis.

Petrus, sacerdos, qui hoc scripsit...

1211.

1196, marzo 4.

G. de Palau y su esposa devuelven al Monasterio el alodio de Aygestoses.

REGESTA: BALAEI, *Origenes*, 281. — MAS, *Notcs*, vi, 82-3 (n.º MXIX); xiii, 99. — PEDEMONTE, *Notes*, 128.

A. C. A., Cart., f. 215, n.º 665.

Notum sit cunctis presentibus atque futuris qualiter ego Guillelmus de Palacio et uxor mea Dulcia, bono animo et spontanea voluntate, concedimus et reddimus atque in presenti tradimus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis Octavianensis et tibi domno Guillelmo, abbati, alaudium quod pater meus dedit predicto monasterio pro hereditate Bernardi, fratris mei, quem inde fecit monachum, qua nos iniuste detinebamus. Affrontat autem predictum alaudium: de oriente in via que tendit a Palacio apud. s. Andream, a meridie in alaudio quod fuit Petri Marcucii et in vinea s. Andree, ab occiduo in alaudio quod fuit de Card Giscape et in torrente qui discurrit per tempus pluviarum, a circio in predicto torrente. Item concedimus et laudamus prefato monasterio illum alaudium quod Rotlandus de Monte Erguil ibi donat per suam hereditatem quod sibi advenit per comutacione qua pater meus et suus invi-

cem fecerunt. Affrontat autem predictum alodium: ab oriente in margine et in nostro alodio, a meridie similiter, ab occiduo in margine et in via que tendit ad Martorel, a circio in ipsa rasa que discurrit per tempus pluviarum. Quantum omnes prescripte affrontaciones includunt, de nostro iure et potestate in vestro iure et dominio cum presenti cartula tradimus, ad omnem vestram... Sunt autem hec omnia in comitatu Barchinona, in terminio Castri Vetuli et in parrochia s. Andree de Aquatosis. Si quis hoc...

Quod est actum iiii.º nonas marcii, a.º Domini MCXCV.º

S + m Guillelmi de Palacio ; S + m Dulcie, uxoris eius, qui hoc laudamus [iv] ; S + m Guillelmi, filii eorum; S + m Geraldus de Cros; S + m Raimundi Segarres; S + m Geraldus de Mironis; S + m Raimundi de Cazma: S + m Arnalli Maiol; S + m Arnalli Stefani; S + m Bernardi Taia de Castro Vetuli, huius rei testes sunt; S + m Gerallus, clerici.

Petrus, sacerdos, qui hoc scripsit...

1212.

1196, mayo 11.

Concordia entre Guillermo de Ripollet y el abad del Monasterio, por la cual el primero define a favor de éste las bailías de "Bellocicino" y de Ripollet, la mitad de las tareas de "Valle Carcara" y Vallmajor, el "honor" de Fuente Amancio y otros, a cambio de diversas propiedades que se determinan, todo ello por consejo del abad de Santa Cecilia de Montserrat y otros.

REGESTA: MAS, *Taula*, iiii, 406-7 ; *Notes*, vi, 89-90 (n.º MLIX).
A. C. A., Cart., f. 64, n.º 246.

Post multas contenciones et placita que fuerunt inter domnum Guillelmum, abbatem s. Cucuphatis. et conventus monachorum eiusdem loci, et Guillelmum de Ripolletto super baiulias de Bello Vicino de Ripolletto, et super medietate tascham de Valle Carcara, et de Valle Maiori, et super honore de Fonte de Amancio, et super quibusdam aliis honoribus et tenedonibus, que homnia predictus Guillelmus de Ripolletto clamabat et repetebat abbati et eius domui, et abbas hec ei non concedebat. Et ex alia parte predictus abbas clamabat et petebat supradicto Guillelmo de Ripolletto, domos scilicet terras et vineas, et fexas, et tenedones in diversis locis positas, scilicet terciam partem molendinorum et campum qui est prope tenedonem Petri Molinari et fexam que est trans torrentem, iuxta ipsam fortitudinem et campum de Auriculis, cum ipsa vinea et fexam que fuit de Castelleto, et iiii.or modiatas terre in ipsa serra de Bello Vicino, et mansum qui fuit Blancheti, sacerdotis, cum terminis et affrontacionibus suis, et tenedones quas Otho, abbas, comutavit cum Guilberto ad ipsum fontem, cum aliis tenedonibus que fuerunt Raimundi et Guillelmi Cudini, et campum de Petra, et medietatem tascharum alodiorum que tenet Guillelmus predictus in Vallecancara, et in Valle Maiori, et unam fexam que est iuxta pariliatam de Bello Vicino et iuxta torrentem et mansum Arnaldi de Figera cum tenedonibus suis, et alie fexe que continentur in testamento Raimundi Bernardi, et tres fexas terre iuxta mansum Reamballi. et unum campum in Albiniana, et campum de prato et vineas que fuerunt de Burdo, et campum quem ipse Guillelmus laborat iuxta viam que vadit de Bello Vicino ad

Barchinonam, et illas tenedones quas tenes ultra fluvium de Riopolleto prope ipsam calciatam, et unum campum super Vallecarcara iuxta serram de Albiniana, et iuxta vineas Bernardi Lobeti, et ipsas vineas quas idem Bernardus Lobeti laborat in Albiniana. Que omnia predictus Guillelmus de Ripollete, abbati, non concedebat ullomodo. Tandem vero supradictus abbas et conventus s. Cucuphatis et Guillelmus de Ripollete laude et consilio Guillelmi, abbatis s. Cecilie de Monte Serrato, et Raimundi, prioris, et Raimundi de Pontonibus, et Berengarii de Rivosicco, et Berengarii, Barchinonensis primicheri, et Guillelmi de Avinione, et Raimundi de Ostalric, et aliorum proborum hominum venerunt ad talem finem et concordiam de predictis omnibus sicut hic presens scriptura inferius declarat, et de omnibus aliis querimoniis que adinviceim de se et inter se habuerunt usque in hodiernum diem. Qua propter in Dei nomine. Ego supradictus Guillelmus de Ripollete, diffinio et evacuo Deo et cenobio s. Cucuphatis et tibi, Guillelmo:, abbati, et domui ipsius loci in perpetuum omnes predictos honores et baiulias quas vobis clamabam et petebam sine ullo... Et ego, supradictus Guillelmus, abbas s. Cucuphatis, et omnis conventus monachorum eiusdem loci mihi comisus, damus et concedimus et laudamus et confirmamus tibi, supradicto Guillelmo de Ripollete et tuis in perpetuum, ornes prenomatos honores, et si que sunt forte alii honores quos tu tenes ut quemadmodum hodie tenes et habeo, habeas et teneas tu et tui in perpetuum post te. Tali conditione, ut annuatim in kalendis augusti per censum iam dicti honoris tribuas nostro cenobio v sextarios ordeï recipientis ad mesuram Sabatelli, excepta vinea cum terra in qua est fundata de Columbario, de qua dones nostro cenobio quintum, tu et tui in perpetuum, et salva convenientia Rotulandi, abbatis, que inviolabiliter sit firma inter nos et te. Et si Petrus de Calciata aliquid conquestus fuerit in predicto honore prope Calciatam, stes ei ad directum in posse abbatis s. Cucuphatis. Si quis hoc...

Actum est hoc v.º idus madii, a.º Domini MCXCVI.º

S + m Guillelmi de Ripollete; S.+m Ermesendis, uxoris eius; + Guillelmus, Dei gratia s. Cucuphatis abbas; + Guillelmus, s. Cecilie Montis Serrati abbas; Raimundi, prioris; + Guillelmi de Avinione; S + m Berengarii, Barchinonensis primicherii; S + m Raimundi de Ostalric; S + m Raimundi de Pontonibus; S + m Berengarii de Rivosicco; Bernardus, monachus; Raimundus, monachus; Raimundus, monachus; Berengarius, monachus; Petrus, monachus; Petrus, monachus; Aimericus, monachus; S + m Poncii de Avinione; S + m Bernardi de Rexac; S + m Raimundi Bovis; S + ra Guillelmi Bovis.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1213.

1196, mayo 11.

Guillermo de Ripollet y el abad convienen que a la muerte del primero el cenobio percibirá treinta inaravedises o el manso que fue de su tío Guillermo.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 407; *Notes*, vi, 87-8 (n.º MLVII).
A. C. A., Cart., f. 64 v, n.º 248.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Rivopullo, convenio Deo et cenobio s. Cucuphalis et abbati et monachis quod ad obitum meum persolvat

predicto cenobio illos xxx morabetinos quos Petrus Sacrista dimisit ipsi cenobio pro una lampada. Et si ego ad obitum meum vel mei non dederimus illos xxx morabetinos ad ipsam lampadam, habeat s. Cucuphas per suum alodium illum mansum cum suis pertinentiis, quem predictus Petrus de Rivo-polleto, avunculus meus, ibi diniisit in suo testamento.

Actum est hoc v.º idus madii, a.º Domini MCXCVI.º

S + m Guillelmi de Ripolleteo, qui hoc laudo et firmo; S + m Dalmatii; S + m Berengarii Baron; S + m Dominici; S + m Berengarii Armigeri; S + m Berengarii, Barchinonensis primicherii; S + m Raimundi de Ostalric.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1214.

1196, junio 30.

Pedro de Xercavins, con el asenso de su familia, da al Monasterio el alodio que poseía en la parroquia de San Cugat, en Campañá, en Lledó, en Ferrarons y otros lugares. Recibe por ello quinientos setenta sueldos.

REGESTA: BALAEI, *Origenes*, 288. — MAS, *Taula*, iii, 426; *Notes*, vi, 88-9 (n.º MLVIII). A. C. A., Cart., f. 48, n.º 163.

Notum sit cunctis qualiter ego Petrus de Xercavins, consensu et voluntate Dulcie, uxoris mee, et fratris mei Berengarii, ac filii nostri Guillelmi, dono, offero atque trado Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et vobis domno Guillelmo, abbati, et omni conventui omnibusque ibi Deo servientibus in perpetuum, ob remedium anime... illud scilicet alodium nostrum proprium franchum et liberum quod habemus in comitatu Barchinone, in terminio s. Cucuphatis, in parrochia s. Petri Octaviani et in aliis in Campaniano, et in loco qui dicitur Ledon, et in Ferruzons, et in aliis diversis locis separatim, sicut eum habemus ab ipso torrente de Olivaria et de Meschideles usque ad podium et collem de Valle Sica, et ab ipso podio de Matarig usque ad pratum s. Cucuphatis, et usque ad s. Laurentium de Fonte Calciata. Adhuc addimus huic donationi ipsam vineam quam Raimundus de Olivaria tenet per nos cum terra in qua est fundata, sicut est terminata iuxta prefatum torrentem satis prope mansum de Olivaria. Prescriptum vero alodium cum domibus, terris et vineis, cum arboribus diversi generis, cum violario mansi Bernardi de Sales integritur, cum omnibus in se habentibus totum, sicut et infra istas affrontaciones melius habemus et habere debemus, simul cum iam dicta vinea cum terra in qua est fundata. excepto ipso alodio quod comparavimus de Raimundo de Valle Sica, et excepta ipsa hereditate que fuit Raimundi de Ferigola, de nostro iure in ius et dominium prefati monasterii et vestrum cum presenti cartula tradimus ad faciendum... Et convenimus inde vobis esse auctoreo et guarents contra cunctos homines. Accipimus autem a vobis de helmosinis iam dicti monasterii et de bonis vestris quingentos LXX.º solidos de monete barchinonense, valentis argenti marchos XLIII solidos. Si quis hoc...

Quod est actum ii.º kal. iulii, a.º Domini mcxcvi.º

S + m Petri de Xercavins; S + m Dulcie, uxoris eius; S + m Berengarii, fratris eius; S + m Guillelmi, filii eorum, qui hoc firmando testes firmare ro-

gamus; S+m Iohannis Bertrandi; S + m Petri Adatdi; S+m Iohannis Gireberti; S + m Guillelmi de Sala; S + m Bertrandi de Valdeureix, huius rei testes sunt.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1215.

1196, octubre 5.

Testamento de Ramón de Odena.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi. 90-1. — PEDEMONTE, *Notes*, 129.
A.C.A., Cart., f. 201, n.º 628.

In nomine Domini nostri Iesuchristi. Ego Raimundus de Otina, bono sensu et memoria, facio meum testamentum et ordino mea voluntate de omnibus rebus meis et eligo manumissores meos, Arbertus videlicet de Castro Vetuli atque Guillelmus de Guardia vel¹ quibus precipio ut si mors mihi... In primis dimitto corpus et animam Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis, ut ibi sepeliar, cum ipso honore quem uxor Berengarii de Porta et filii eius tenent per me ad ipsum locum ubi solebat esse mercatus anticus supra ipsam dominicaturam s. Cucuphatis, que dicunt Agualada; et laudo atque concedo in omni tempore ipsis hominibus qui habitant vel habitabunt in ipsa dominicatura de Aqualada sive de Abbadia liberum adempreamentum sibi et rebus suis tam in lignis quam in pascuis et in suis aliis necessitatibus sive manifesta tala et quod non faciant inde aliquid servicium vel usaticum, excepto quod si aliquid tenuerint per seniores katri Odena, serviant illud sicut equum visum fuerit; et laudo atque concedo monasterio predicto apresionem ipsius aque de Aqualada ad sua molendina; et dimitto etiam ibi c solidos pro meo lecto qui solvantur de ipsis bonis que Deus dedit in cursu ipsius mee galee. Item dimitto s. Petro de Archell, pro remedio peccatorum meorum, ipsam vineam cum terra in qua est fundata, que fuit Petri de Valmaya, que est iuxta torrentem de Mallisab, et dimitto s. Marie Montiserrati ipsum mansum cum suis pertinenciis de Aquilea, quod tenebat Rai de Lafranquea qui est condam pro me in terminio Otine, tali pacto, ut prior s. Marie donet Petro de Coaner victum et vestitum in domo s. Marie in omnibus diebus vite sue. Relinquo Hospitali de Ierusalem L solidos. Dimitto monasterio de sanctis Crucibus L solidos et s. Marie de Rabinad x solidos, et s. Petro de Otina L solidos, et s. Marie de Monte Leone L solidos et s. Marie de Pontons x solidos. Dimitto domum Milicie illam contencionem qua abebam cum fratribus ipsius Milicie in termino de Otina, et in loco dicto Arlambadut habeant liberum et francum. Mando et volo ut omnia mea debita, ubicumque fuerint in veritate inventa, sint soluta cum omnibus supradictis lexis de omnibus eximentis et fructibus omnium meorum castrorum, exceptis his que superius dimitto sanctis pro remissione peccatorum meorum. Dimitto Guillelmo, filio meo, ipsum castrum de Otina et de Rabinad et de Monte Leo, et de Pontons, et omne meum directum, quod habeo vel habere debeo in s. Faost et in Proenzana. Et dimitto similiter ei ipsum castrum de Salod et de Port. Item dimitto Raimundo, filio meo, ipsum castrum de

Castluz, tali modo ut Bernardus de Castluz, nepos meos, abeat per Raimundum, filium meum, cum medietate omnium eximentorum ipsius castri. Aliam vero medietatem habeat ipse R., exceptam dominicaturam de Antidz, qua abeat R. filius meus, ita ut stet ad directum Ospitali vel pans cum eo. Item dimitto eidem R. Castrum de Sorisa et quicquit habere debeo in castro de Cardona et de Segur et in castro de Molsoa per Guillelmum de Cardona, et dimitto ei R. similiter castrum de Ivorra et quicquit abeo vel habere debeo in castrum de Zaguda de Tora, et ipsum castrum de Portelio. Et dimitto unam ex filiabus meis religioni cum illo directo qucd abeo in monte Falco vel cum illo quod abeo in Passanant. Alteri vero filie mee relinquis D. Morabetinos bonos ad maritandum, ex quibus solvat ei ii partes G. filius meus et R. terciam. Dimitto Berengarie, uxori mee, suum sponsalium, ut habeat eum in omni vita sua et post eius obitum revertatur Guillelmo filio suo, et si G. de Otina fuerit mortue sine filio legitimo coniugi hereditas eius revertatur R. fratri suo, similiter si R. de[ce]sserit sine legitimo infante, eius hereditas revertatur G.; et si ambo, quod absit, mortui fuerint sine infante legitimo, eorum hereditas revertatur sorori, que non religioni oblata fuerit. Si autem et ipsa mortua fuerit sine legitimo infante, revertantur omnia castra mea et honores sicut pater meus ordinavit in suo testamento inter me et sorores meos Elicsendem et Ermesendem. Item volo et mando de ipsa mea galea que est in cursu, ut veniat in potestate predictorum manumissorum meorum, cum omni cursu et lucro et ipsi, levatis debitis de ipsa galea, de remanente, solvant debita que debebam Guillelmo de Rabinad et c solidos pro meo lecto s. Cucuphati. Et debito quod debeo A. de Rabinad et c solidos Guillelmo Alaman et debito de Bertrando de Monte Leo, secundum quod suffecerit alium debitum de Guillelmo Alaman, sit solum cum aliis debitis meis, sicut abet in suis cartis. Et precor manusmissores meos quod faciant ipsam galeam armari et de lucro et corpore ipsius galee, cum sua exarcia, redimatur castrum de Pontons. Et dimitto in potestate et garda Domini mei regis et regine omnem meum honorem et infantes et precor eos, pro Dei amore et eorum nobilitate, ut ipsi faciant pacari debita mea et defendant honorem meum et adiuvent meos infantes sicut suos homines, precipio etiam et mando filio meo atque amicis meis vel manusmissoribus meis, ut eant in locum que vocatur Solsona et faciant mandamentum de preposito s. Marie eiusdem loci de magno ingurie quod ei loci feci de blato quod cepi sine racione.

Quod est actum iii.º nonas oct., a.º Domini MCXCVI.º

S + m Raimundi de Otina, qui hoc testamentum [xi] ; S + m Arbert de Castro Vetuli; S + m Guillelmi de Gardia; S + m Arnalli de Rabinad; S + m Geraldi de Montis Acuti.

S + m Guillelmi de Petra et Bernardus, qui hoc scripsit et signum prefixit.

i. *Sigue en blanco el espacio para dos palabras.*

1216.

1196, octubre 20.

"Rubeus" de Montornés, por cincuenta sueldos, vende a G. de la Granada un "honor" sito en la Granada.

REGKSTA: MAS, *Taula*, iv, 321; *Notes*, vi, 91 (n.º .MLXI).

A. C. A., *Cart.*, f. 145v, n.º 472.

Sit notum cunctis quod ego Rubeus de Monte Tornes, per me et per omnes meos vendo et evacuo tibi Guillelmo de Granata tueque proieni et posteritati, vel illis quibus dare vel dimittere volueris in perpetuum, omnem honorem integritate tam cultum quam eremum, quem per te et per tuam proieniem teneo et tenere et habere debeo per omnia loca apud Granata et s. Fidem et in sua quadra in comitatu Barchinone, sine diminutione et retentu mei et meorum, et de meo meorumque iure et dominio subtraho, et mito in tuum tuorumque ius et dominium ad omnes tuas voluntates in perpetuum, et adhuc laudo et concedo per me et per omnes meos in perpetuum monasterio s. Cucufatis illam pariliatam totam integritate, quam dictus Guillelmus de Granata dicto monasterio per excambicionem dederat, et ego dictus Guillelmus de Granata dono tibi prescripto Rubeo pro hac vendicione L solidos denariorum Barchinonensium, et adhuc absolvo te et facio quietum et liberum per me et per omnes meos te et tuos in perpetuum de illa statione quam tu vel tui debebas facere in Granata, et de omni servicio et usatico quod miles meus debebas facere propter iam dictum honorem, et ego dictus Rubeus recepi a te dicto Guillelmo dictos L solidos cum meis propriis manibus, de quibus nichil apud te remansit. Si quis hoc...

Actum est hoc xiii.º kal. nov., a.º Domini MCXCVI.º

S + m Rubei de Monte Tornes, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo; S + m Raimundi de Vite; S + m Bernardi de Papiol; S + m Guillelmi de Tarrega; S + m Petri de Bassia.

S + m Raimundi de Podio, qui hoc scripsit precepto B., clerici de Villa Francha...

1217.

1196,

noviembre.

El Veguer de Barcelona da al Monasterio la posesión del "honor" de Massana.

REGESTA: MAS, *Taula*, 322; *Notes*, vi, 91 (n.º MLXII).

A. C. A., *Cart.*, f. 148 v, n.º 481.

In Christi nomine. Ego Berengarius Ticio, vicarius domini regis, cognitor causam que vertitur inter monasterium s. Cucufatis cum suo preposito nomine A. de Moree, et lias Arnaldi de Fonte Talliato, super ipsum honorem de Mazana, qui fuit de Guillelmo Mirone et suis fratribus; assistente mecum G. de Acromonte, viso iudicio ab archiepiscopo Terrachone dato, et testibus quomodo P. de Bassia, qui tunc fuit vicarius domini regis misit monasterium s. Cucufatis in tenedone retorn ipsum monasterium s. Cucufatis et eiusdem

prepositum ex parte domini regis, et per directum in ipsa tenedone, ut iudicium ab ipso archiepiscopo datum ostendit.

Actum est hoc mense nov., +a.°+ Domini MCXCVI.°

S+m Berengarii Ticionis; S+m Guillelmi de Acremonte, iudicis rei huius.

S+m Arnaldi de Colle, levite, qui hoc scripsit...

1218.

1197,

enero 11.

Guillermo, abad del Monasterio, establece a favor de Juan Bertrán de Moja, de Soneth Ferrer y de Solesten y de otros más una jugada de tierra sita en la "quadra" de Moja, término del castillo de Olérdola.

REGESTA: MILA, *Olérdola*, 526.—MAS, *Taula*, iii, 593; *Notes*, vi, 86-7 (n.° MLV).
A. C. A., Cart., f. 123, n.° 407.

Notum sit cunctis qualiter ego Guillelmus, Dei gratia s. Cucuphatis abbas, et omnis conventus, damus vobis Iohanni Bertrandi de Moya, et Soneth Ferrario, et uxori tue Solestem, et Narboneto ac uxori, tue Nine, et Berengario Alioni uxorique tue Perete, et Arnallo Guadalli, et Petro Rubeo ac uxori tue Subirane, et Guillelmo Felicis et uxori tue Dulcie, et Messegario uxorique Barchinone, et Bernardo de Moya et matri tue Agnesi, et Bernardo Galin et uxori tue Berengarie, et Iohanni Guadalli, et Petro de Malgraner et uxori tue Provincie, et omni progeniei ac posteritati vestre, in perpetuum unicuique vestrum, uni post alium indivisibiliter, ipsam meam pariliatam terre cum omnibus arboribus, que ibi sunt vel erunt, que est nostrum francum alodium in comitatu Barchinone, in terminio castri Olerdule, in nostra quadra de Moia. Sicut affrontat: ab oriente in via de ipsis posis, a meridie in via de ipsis posis que vadit ad ipsam montaneam et via in qua terminatur, ab oriente intrat in villam de Moya, ab occiduo in via que vadit ad mansum de puteo et apud Olerdulam, a circio in villa de Moya et in via que inde vadit ad Verdeger; ita predictam pariliatam terre vobis et vestris damus integriter, cum ingressibus et egressibus suis, ad bene laborandum et meliorandum et possidendum et expletandum omni tempore in pace ad fidelitatem et servicium s. Cucuphatis et eius servientium, sicut modo dividitur per sortes et partitas; tali tamen condicione, ut vos et vestri semper post vos tribuatis inde pro censu nostro cenobio annuatim in kalendas augusti xxx. quarteras frumenti boni recipientis ad mensuram rectam mercati de Villa francha, et inde alium censum vel usaticum vos vel vestri non faciatis, de quo persolvat Iohannes Bertrandi semper et sui ii quarteras, et inde punieram, et Soneth Ferrarius, similiter, et Narboneth, similiter, et Berengarius Alion, similiter, Arnallus Guadalli, similiter, Guillelmus Felicis, similiter, Petrus Rubeus, similiter, Messeger, similiter, Bernardus de Moya iiii quarteras et i punieram, Bernardus Galin iiii quarteras et unam punieram, Iohannes Guadalli ii quarteras et inde punieram, et Petrus de Malgraner similiter, e vos et vestri post vos quibus dabitur hanc hereditatem, sitis vel sint stantes in villa de Moya nostri solidi nullum alium seniore vel baiulum acclamantes, nisi nos nostrosque successores post nos. Si quis frangere...

Quod est actum iii.° idus ianuarii, a.° Domini mcxcvi.°

1219.

1197,

marzo 19.

Testamento sacramental de Bernardo de Gelida.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 87 (n.º MLVI).
A. C. A., Cart., f. 184, n.º 589.

Iuramus nos testes scilicet, Petrus Rumeus et Berengarius de Gelida, per Deum vivum et verum super altare s. Felicis, martiris, quod est constructum in ecclesia beatorum martirum Iusti et Pastoris infra menia urbis Barchinone, supra cuius sacrosarco altari has condiciones quia vidimus... presentes adfuimus quando Bernardus de Gelida, iacens in magna egritudine et sperans in misericordia Dei, et fecit suum testamentum in quo elegit manumissores suos, id sunt Raimundus de Vilanova et me Petrum Rumeu, cognatos suos, et fratrem suum Raimundum de Banages atque me consanguineum suum Berengarium de Gelida, quibus precit ut si mors ei... In primis concessit corpus suum ad sepeliendum ad s. Cucuphatem cenobii cum una tonna et uno cubo. Concessit terciam partem de suo mobile uxori sue Iusiane, et aliam terciam partem reliquit filiabus suis. Aliam vero terciam partem accepit pro anima sua, unde persolverentur omnia sua debita, et si, aliquid inde superaret, donaretur ob remedium anime sue. Concessit ad ecclesiam s. Petri de Gelida ipsud pignus quod tenebat de predjcta ecclesia per xxv solidos. Concessit sedi Barchinone vi denarios. Et reliquid ad filium suum Bernardum ipsum castrum de Gelida, cum omnibus suis fevis, cum ortis de Guaquel et cum vinea de Maianes. Reliquit filio suo Petro ipsam suam domum de Casanova, cum omnibus suis alodiis, et totum suum honorem de Curtibus et mansum de Milans, cum suis alodiis, qui fuit de Poncio de Villanova. Concessit filio suo Guillelmo mansum de Belveder, cum campo de Rourel. Dimisit Gerallo, filio suo, ipsum mansum de Colel, et Raimundo, filio suo, ipsum mansum de Laurencio et honorem de Lacuna. Concessit filio suo Arnallo ipsum suum honorem de Matoses. Concessit filiabus suis omnia sua pignora que habebat ubique. Concessit uxori sue Iusiane ut fuisset domna et potens omnibus diebus vite sue, tali modo quod ipsa et filii sui haberent medietatem, aliam vero medietatem servarent et custodirent ipsa et manumissores sui, unde traderent filias suas maritis. Concessit omnibus filiis suis, omnes suos directos quos habere debebat in honorem de Bog, qui fuit olim, et omnes suos directos quos habere debebat in honorem de Olorda. Concessit quod, si discederet de filio suo Bernardo sine legitima prole, hereditas heius remaneret Petro, fratri suo, et si de Petro discederet sine legitima prole, remaneret Guillelmo hereditas Bernardi et hereditas Petri et Guillelmi remaneret fratribus suis in comune, et sic fieret de maiore in minore, set maior qui castrum haberet, dimiteret suam hereditatem fratribus suis, et si de omnibus filiis suis discederet sine legitima prole remaneret filie sue Berengarie. Hoc totum ita ordinavit iam dictus testator xiiii.º kal. sept, a.º Christi MCXCVI.º et sic stare mandavit et obiit ab hoc seculo eodem mense et anno. Hang igitur ipsius... et Petro de Corrone, Barchinouensi scriptore, vicario Raimundi iudicis et aliis testibus presentibus, vera messe fideliter corroboramus auctoritate et mandato incliti Petri... regis... quia quod principi placuit legis habet vigorem. Late condiciones xiiii.º kal. apr., a.º Domini MCXCV.º

S + m Petri Rumei; S.+m Berengarii de Gelida, nos huius rei testes et iuratores sumus; S + m Genoves; S + m Guillelmi Ienoves; S + m Arnalli de Caberet; Ss. Arnalli, presbiteri, nos qui huic sacramento presentes adfuimus; Ss. Raimundi, iudicis; S + m Ss. incliti Petri, Dei gratia regis Aragonensis, comitis Barchinonensis.

S + m Petri de Corron, scriptoris, prenominati die et anno quo supra.

1220.

1197

marzo

31.

Ermesindes define al Monasterio y a su abad un honor situado en las Quadres de Aviñó.

REGESTA: MAS, *Taula*, iv, 93; *Notes*, vi, 93 (n.º MLXIV).
A. C. A., Cart., f. 140, n.º 454.

Notum sit cunctis qualiter ego Ermesendis. filia Beatricis et Bernardi de Grassbuach, diffinio et evacuo Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et vobis domno Guillelmo, abbati de omni eiusdem conventui, in perpetuum illum honorem integriter, cum omnibus in se habentibus, quem vobis iniuste clamabam in comitatu Barchinone, in terminio castri Olerdule, in parrochia s. Petri de Avinione, in loco qui dicitur Quadres, et dicebam michi eum advenire per vocem genitorum meorum. Ita ut de predicto honore et de omni iure et racione, quod ibi habeo vel habere aliquo modo debeo, faciatis semper omnem. Et ego convenio et propria manu iuro super Sancta iiiii.^{or} evangelia, ut ego vel aliquis per me contra hanc diffinicionem et evacuacionem deinceps non veniamus, sed si quis hoc...

Quod est actum ii.º kal. apr., a.º Domini MCXCVII.º

S + m Ermesendis predictae, que firmando firmare rogo; S + m Berengarii de Parietibus, viri eius, qui hoc similiter laudo et firmo; et accepimus propter hoc, de bonis s. Cucufatis cx.º solidos denariorum monete Barchinone; S + m Barchinone, filie prefate Ermesindis; S + m Bernardi de Monte Erguil; S + m Geraldi de Cortey; S + m Bernardi de Valdeureyx, huius rei testium.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1221.

1197, junio 13.

Berenguer de Sarriá y sus hermanos ofrecen a Bertrán por monje de San Cugat, asignándole como herenda un manso sito en Canovelles, en el lugar llamado Figueras.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 93 (n.º MLXV). — SAGARRA, *San Vicent*, 65.
A. C. A., Cart., f. 348, n.º 1022.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Serriano et fratres mei, Bernardus et Arnallus atque Raimundus, damus et offerimus Deo et cenobio s. Cucuphatis Bertrandum, fratrem nostrum, qui sit monachus ipsius cenobii et serviat ibi Deo in vita et in mortem, sub regula s. Benedicti. Et damus pre-

dicto cenobio, in hereditate sua propria, illum mansum nostrum, cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus, cultis et heremis et cum arboribus diversi generis et cum terminis et affrontacionibus et cum introitibus et exitibus suis, integritur, sicut melius habemus et habere debemus per vocem genitorum nostrorum in comitatu Barchinone, in Vallense, in parrochia s. Felicis de Canovellis, in loco vocato Figeres, et ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem predicti cenobii, de nostro iure in ius et dominium suum tradimus in manu dompni Guillelmi, abbatis, et monachorum suorum, tradimus, ad suum proprium plenissimum liberum et franchum alodium, secure et libere, et in sana pace... Si quis hoc...

Actura est hoc idus iunii, a.º Domini MCXCVII.º

S + m Berengarii de Serriano; S + m Arnalli de Serriano; S + m Bernardi; S + m Ermesendis, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus; S + m Raimundi de Serriano; S + m Guillelmi Bovis; S + m Bernardi de Valledaurexio; S + m Raimundi de Modiano; S + m Bertrandi, qui hoc laudo et firmo; S + m Raimundi de Serriano.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1222.

1197,

Junio 30.

Bernardo de "Rivo Rubeo" ofrece al Monasterio su hijo Guillermo, entregando como dote diversas haciendas.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 329-30; *Notes*, vi, 94 (n.º MLXVI).
A.C.A., Cart., f. 51, n.º 182.

Notum sit cunctis qualiter ego Bernardus de Rivo Rubeo, dono et offero filium meum Guillelmum Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis, in manu domni Guillelmi, abbatis ad monachum faciendum secundum regulam beati Benedicti, et dono prefato monasterio pro ipsius hereditate totum meum mansum de Roure cum omnibus pertinenciis et affrontacionibus suis. Qui affrontat: ab oriente, in alodio s. Cucuphatis, et s. Petri Puellarum, a meridie in alodio s. Cucuphatis, ab occiduo in alodio Berengarii de Verdera, et in manso de Torn, a circio in eodem manso de Torn. Item ibi dono medietatem tocius mansi de Rimbla, cum quodam ferragenali quod est iuxta ecclesiam s. Laurentii de Fonte Calciato. Preterea concedo et laudo iam dicto monasterio omnem donationem et lezam quam avuncuius meus, Arbertus, ibi fecit, videlicet aliam medietatem predicti mansi de Rimbla, et totum mansum de Torn cum iiiiii.^{or} peciis terre quas tenet predictus mansus inter torrentes de Gocelin, et de Aleran, et campum et vineas cum terra in qua sunt fundate de Menadia, et vineas de Pudols in terra in qua sunt fundate, et vineas de Colle de Spelunca cum terra in qua sunt fundate, sicut iam dictus Arbertus comparavit de Berengario Escaran, et de fratribus et choeredibus suis, et si amplius poteritis invenire de predicta compra, totum similiter vobis diffinio. Affrontat prefatus mansus de Rimbla: ab oriente et meridie et occiduo in alodio s. Cucuphatis, a circio in via, et in alodio s. Cucuphatis. Mansus de Torn affrontat: ab oriente in alodio s. Petri Puellarum et in manso de Roure, a meridie in

prato s. Cucuphatis, ab occiduo in tenedone Petri de Cirera et in alodio Berengarii de Valle Vitraria, a circio in alodio s. Cucuphatis. Campus autem et vinee de Menadia affrontat: de oriente et meridie in alodio s. Cucuphatis, de occiduo in tenedone Raimundi de Laceres, de circio in alodio s. Cucuphatis. Vinee autem de Podols affrontant; de oriente, in alodio s. Cucuphatis et s. Petri Puellarum, de meridie similiter, de occiduo in alodio s. Cucuphatis, de circio similiter et in via que vadit ad Canals. Vineam vero de Colle Spelunce affrontat: ab oriente in manso de Fonte, a meridie in meo alodio vel in margine Gross, ab occiduo in tenedone Petri de Canals, a circio in alodio s. Cucuphatis quod teneo per Canals. Prefata vero omnia de meo iure in ius et dominium prescripti cenobii trado, ad faciendum inde... et sunt in comitatu Barchinone, in parrochia s. Cipriani de Aqualonga et s. Petri Octaviani, in diversis locis. Si quis hoc...

Quod est actum ii.º kal. iulii, a.º Domini MCXCVII.º

S+m Bernardi de Rivo Rubeo; S+m Guillelmi, filii mei; S+m Arberti, fratris mei, qui hoc firmando firmare rogamus; S+m Elliardis, uxoris predicti Bernardi, qui hoc laudo et firmo; S+ni Guillelmi de Villa Equorum; S+m Bernardi Gomiari; S+m Raimundi de Laceres; S+m Raimundi de Vineam, huius rei testes.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1223.

1197, septiembre 20.

Gerardo "Sabati" y su esposa definen al abad y cenobio, por 35 sueldos, un viñedo y tierras.

REGESTA: MAS, *Notes*, 95 (n.º MLXVII).

A.C.A. Cart., f. 301, n.º 919.

Notum sit cunctis quod ego Gerallus Sabati, et uxor mea Arsendis, vendimus et diffinimus Deo et cenobio s. Cucuphatis et conventui suo, illam vineam. cum terra plantatam et ad plantandum, quam habemus per predictum cenobium in territorio Barchinone, ad ipsam Olivariam rotundam. Que terminatur: ab oriente in riera, a meridie in tenedone Guillelmi de Minorisa, ab occiduo in vinea Iohannis de Maroco, a circi in margine. Sicut ab istis terminis concluditur et terminatur. cum introitibus et exitibus suis, vendimus et diffinimus Deo et s. Cucuphati et Guillelmo abbati et conventui ipsius loci et de nostro iure in vestrum tradimus ad vestram voluntalem faciendam, sine vinculo ullius hominis... sine ullo... retentu. Accipimus a vobis pro ha vendicione et diffiniciore xxxv solidos denariorum Barchinone, de quo precio nichil apud vos remansit in debito; et est manifestum. Si quis hoc...

Actum est hoc xii.º kal. oct., a.º Domini MCXCVII.º

S+m Geralli Sabati; S+m Arsendis, uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus; S+m Raimundi Umberti; S+m Guillelmi Bavis.

S+m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1224.

1198, enero 18.

El veguer B. de "Buxo" resuelve la cuestión que vertía entre el Monasterio y Arnaldo de Prat.

REGESTA: MAS, *Taula* 92; *Notes*, vi, 92 (n.º MLXIII).
A. C. A., Cart., f. 149, n.º 482.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Buxo, domini regis vicarius in Penitense, cognitor cause illius que vertebatur inter monasterium s. Cucufatis, et Arnaldum de Prato, agentis nomine suo et nomine filiarum Arnaldi de Fonte Taiata, assistente mihi Guillelmo de Acromonte, auditis racionibus et allegationibus utriusque partis, visis instrumentis et cognitis, testibus etiam receptis et diligeatiter examinatis, inquisita fide veri prout melius potui, inspecto iudicio a B. bone memorie qd. Terrachonensi archiepiscopo super hoc pronunciato: Adiudico ipsum honorem de Mazana et de Podio, qui est in termino castri Fontis Rubee, totum sine diminucione, in petpetuum, per alodium franchum monasterio s. Cucufatis, sicut continetur in instrumentis a monachis s. Cucuphatis prolatis atque utpote dicta testium a predictis monachis prolata asserunt. Si forte filie A. de Fonte Taiata possent ostendere per instrumenta vel testes qui essent de genere Guillelmi Otonis et quod Guillelmus Oto instituerit aliquam personam predictis filiabus pertinentem heredem, habeant illas compras per monasterium s. Cucufatis, quos Guillelmus Oto fecerit in termino de Mazana; si tamen poterint proborare per instrumenta vel testes seu per affrontaciones ubi vel in quo loco sint, preterea pars A. de Prato et filiam A. de Fonte Taiata citata ternis edictis noluit facere quod debuit, unde ipsa per contumaciam absente ex mandato P. de Taverted, Ausonensis sacriste, a domino rege iudicis electi, predictam pronuncio sententiam.

Actum est hoc xv.º kal. febr., a.º Domini MCXCVII.º

S.+m Bernardi de Buxo, vicharius domini regis in Penitense; S + m Guillelmi de Acromonte, iudicis istius rei; S + m Petri, regis Aragonum et comites Barchinone, qui hoc confirmo et laudo; + Petrus, Ausonensis sacrista.

S + m Ermengaudi, levite, qui hoc scripsit precepto B., clerici Ville Franche...

1225.

1198, junio 30.

Eliardis, esposa de Bernardo de "Rivo Rubeo" confirma la donación que hizo su marido al Monasterio, de los mansos Roure, Rimbla, Torn y de unas villas y "honoros" que le correspondían por su sponsalicio.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 327; *Notes*, vi, 96 (n.º MLXIX).
A. C. A., Cart., f. 49, n.º 167.

Notum sit cunctis qualiter ego Elliardis, uxor Bernardi de Rivo Rubeo, laudo et concedo donationem quam vir meus fecit s. Cucuphati de manso de Roure, et de manso de Rimbla, et de manso de Torn, et de vineis de Menadia, et de Podols et de colle de Spelunca, et de aliis honoribus, ita quod nichil

ibi requiram per sponsalium nec per aliam rationem, et ut maiorem habeat firmitatem iuro hoc per Deum et hec Sancta *iiii* evangelia.

Quod est actum *ii.*° kal. iulii, a.° Domini MCXC{*viii.*°}

S + m Elliardis, qui hoc firmo, firmarique rogo; S + m Bernardi, viri mei; S + m Guillelmi de Villa Equorum; S + m Berengarii Lambardi.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1226.

1198, noviembre 17.

Asignación del "locidum" de Castellet al Monasterio de San Cugat, y el de "Framariga" a Juan Ferrer de "Apiaria".

REGESTA: MAS, *Notes*.

A. C. A., Cart., f. 180, n.° 580.

Ego Bernardo de Box, domini regis vicarius, cognitor cause que vertebatur inter monasterium s. Cucuphatis et Iohannem Ferrarium de Apiaria, super illum locidum de Castelletto et de Framariga, assidente mihi Guillelmo de Acromonte et B[erengario], clerico del Claromonte, auditis racionibus et allegationibus utriusque partis, visis instrumentis et cognitis, et testibus eciam receptis et diligenter examinatis, inquisito, fide veri prout melius potui, adiudico possessionem illius locidi de Castelletto monasterio s. Cucuphatis, videlicet in omnibus illis alodiis que ibi domus s. Cucuphatis habet et tenet. Et etiam vidi instrumenta a monachis prolata facta a domino Mirone, comite Barchinone, et ab Odone episcopo Ierunde nec non abbate s. Cucuphatis, et a Bonofilio de Gelita, que terminant et affrontant in termino dicti Castelleti, et vocant Castelletum suum habere terminum et alodium esse francum s. Cucuphatis, et alia plura instrumenta que similiter affrontant in termino de Castelletto, et etiam quoddam anticum instrumentum vocat Castellet esse castrum cum suo termino, et instrumenta que Iohannes Ferrarius ostendit non dabant fidem esse Castellet de termino Apiarie, et his omnibus rationibus assigno dictum locidum de Castelletto s. Cucuphatis et servientibus suis in perpetuum. Assigno quoque Iohanni Ferrario et suis locidum in omnibus hominibus de Framariga, sicut in aliis laboratoribus eo quia videtur esse de termino Apiarie.

Actum est hoc *xv.*° kal. dec., a.° Domini MCXCVIII.°

S + m Bernardi de Box, vicarii domini regis; S + m Guillelmi de Acromonte.

Bernardus, clericus, qui hoc scripsit.

1227.

1198, diciembre 18.

Guillermo de Cervelló y otros conceden el agua de "Agua Pulcra" para el molino nuevo, por 30 sueldos.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 96 (n.° MLXX).

A. C. A., Cart., f. 231, n.° 726.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Cervilione, et uxor mea Alvira et ego Petrus de Ferran et uxor mea Raimunda et ego Gerallus de Cleriana

et mater mea Raimunda, laudamus et concedimus Deo et cenobio s. Cucuphatis illam aquam de Aqua Pulcra, cum rego et capud rego, et cum omnibus ademprivis et s. Cucuphas et sui homines habeant in perpetuum ipsam aquam ad molendinum suum novum de s. Cruce et ad omnia alia molendina s. Cucuphatis que ibi facta sunt. Accipimus quoque propter hoc de bonis s. Cucuphatis xxx solidos denariorum Barch. Si quis hoc...

Actum est hoc xv.º kal. ian., a.º Domini MCXCVIII.º

S + m Guillelmi de Cervilione; S + m Alvire, uxoris eius; S + m Petri de Ferran; S + m Raimunde, uxoris eius; S + m Geralli de Cleriana; S + m Raimundi, matris eius; S + m Petri de Cleriana; S + m Arnalli de Cleriana; S + m Bertrandi de Cleriana, qui hoc laudamus et firmamus.

S + m Petri Capela, qui hoc firmo.

1228.

1198,

agosto, 31.

Convenio firmado por el preposito de Solsona y el abad del Monasterio sobre la viña, sita en Cornellá, legada por Guiliermo de Papiol.

REGESTA : MAS, *Notes*, vi, 97 (n.º MLXXIIJ).
A. C. A., *Cart.*, f. 246, n.º 762.

Cunctis sit manifestum qualiter ego Petrus, Celson{s}is ecclesie prepositus, et conventus ipse ecclesie, multociens habuimus contenciones et placita cum te Guillelmo, abbate s. Cucuphatis, et cum conventu ipsius cenobii, super illa vinea cum terra in qua est fundata, quam Guillelmus de Papiolo dimisit nostre ecclesie aut L solidos denariorum Barch., in territorio Barchinone, in parrochia s. Marie de Corniliano, in suo testamento unde laude bonorum hominum ego supradictus Petrus et conventus ipsius ecclesie veriimus cum te supradicto Guillelmo, abbate, et convetitu ipsius cenobii, ad finem et concordiam de supradicta vinea cum terra in qua est fundata. Quam diffinimus et evacuamus Deo et s. Cucuphati et vobis omni tempore, ad vestram voluntatem... Et pro hac diffinicionem accipimus de bonis s. Cucuphatis xx sol. denariorum Barch., et illos L sol. de laxacione Guillelmi de Papiolo, et est manifestum. Si quis hoc...

Que est acta ii.º kal. sept., a.º Domini mxcviii.º

S + m Petri, prepositi Celsonensis ecclesie, ss.; S + m Bernardi de Tarascoho; S + m Petri, clerici et canonici Celsonensis ecclesie.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1229.

1199, noviembre 4.

Sentencia dada por Bernardo, arcediano de Barcelona, en la causa que vertía entre el abad Guillermo y el hijo de Beltrán Carnicer, quien invocaba ciertos derechos al castillo de Calders.

REGESTA : MAS, *Taula*, iii, 325-6; *Notes*, vi, 97-8 (n.º mlxxiii).
A. C. A., *Cart.*, f. 101, n.º 346.

Ego Bernardus, Barchinonensis archidiaconus, cognoscens ex quo promisso de causa que vertitur inter Guillelmum, venerabilem abbatem s. Cucuphatis

et monachos suos, et Guillelmum, qui dicitur filius Bertrandi Caniscerii, rationibus utriusque partis sufficienter auditis et attentius intellectis, visis etiam instrumentis hinc inde et sollicite perlectis, absolvo predictum abbatem et monachos suos et monasterium s. Cucuphatis a petitione quam predictus Guillelmus faciebat super castro de Callario, et pronuncio et iudico predictum Guillelmum nullum ius habere in castro de Callario, neque per convenienciam qua Bernardus Guillelmi fecit nec alio modo cum ea ratione quia donacio ab abbate s. Cucuphatis antiquitus facta, certas personas et certum tempus comprehendit, et omnes ille persone iam diu defecerunt et tempus totum effluxit et predictum kastrum de Callario solide et libere ad monasterium s. Cucuphatis redire debuit tum quia iudicium domini Raimundi, Barchinonensis comitis, quod abbas ostendit predictum castrum ad monasterium s. Cucuphatis sine omni excepcione redire debere censet et ostendit, et omnes illos qui ex prima donacione nitebantur vel a primis donatariis causam habebant, nullum ius in predicto castro habere.

Data fuit hec sententia Barchinone, ii.º nonas dec., a.º Domini MCXCIX.º

His Bernardus scriptis, favet archilevita; S + m Guillelmi Bovis de Provinciana; S + m Bernardi de Valle Daurexio; S + m Arnaldi Perdigarii; S. + m Rumey de Serriano; S + m Petri deiPinello; S + m Petri de Sancto Iohanne.

S + m Arnaldi, acholiti, qui, hoc iudicium scripsit...

1230.

1199,

diciembre 13.

Sentencia dada por el veguer en una causa promovida por el abad de San Cugat sobre un honor de Perafita y de Regers.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 98-9 (n.º MLXXIV).

A. C. A., Cart., f. 386, n.º 1124

Notum sit cunctis qualiter ego Examen, vicarius domni regis in Ausona et in Vallense, cognoscens illum honorem de Petrafitia et de Regers iuris esse s. Cucufatis sicut in instrumentis s. Cucuphatis continetur, restituo possessionem et proprietatem iam dicti honoris abbati et conventui s. Cucuphatis et tibi Raimundo, eiusdem loci camerario, ut habeatis et possideatis omni tempore in pace pro iure et dominio s. Cucuphatis iam sicut ante hos duos annos iam dictum honorem consecuti estis de Guillelmo de s. Vincencio in curia domini regis et iudicio Berengarii, sacriste Barchinone, et sicut postea eundem honorem consecuti estis de Berengaria de Cabanes et de filiis eius in curia Guilaberti de Scintilliis, tunc vicarii domini regis. Sic predictum honorem vobis trado et auctorizo ex parte domini regis et sub tregua et pace domini regis pono, sicut omnem alium honorem s. Cucuphatis. Si quis hoc...

Quod est actum ydus december, a.º Incarnacionis Christi MCXCIX.º

S + m Examen, vicarii domini regis, qui hoc laudo et firmo et firmari mando; S + m Gili de Palaol; S + m Estranei de Granolers; S + m Gullelmi de Sanauga, testes huius rei; S + m Raimundi Mascord; S + m Raimundi de Rimulnel; S + m Bertrandi de Valdaureix; S. + m Alberici de Moletto; S + m Guillelmi Sunerii; S + m Petri de Montergui, nqs qui vidimus quando nuncius

Guillelmi de s. Vincentio restuit possessionem s. Cucuphati. Item S + m Raimundi Mascord; S + m Raimundi de Pedrencs; S + m Petri de Olivaria; S + m Petri de Molleto; S + m Petri de Cosco; S + m Alberici; S + m Berengarii Buschet, nos qui vidimus et presentes fuimus quando Guilbertus de Sintiliis per nuncium suum restituit possessionem iam dicti honoris s. Cucuphati et posuit ibi cruces.

Petrus, presbiter, qui hoc iussu Exameni, vicarii domini regis scripsit...

1231.

1200, febrero 22.

Cabreo del "honor" de "Ruscadela".

REGESTA: BALARI, *Origenes*, 545.—MAS, *Notes*, vi, 97 (n.º MLXXI).
A. C. A., Cart., f. 329, n.º 975.

Hec est memoria et recognitio quam Iofredus fecit de honore de Ruscadela et de una livra cere censi qui inde exit domui s. Cucufatis in uno quoque anno: Mansus de Areguta dabat iii mezales et quando cera erat cara dabat plus secundum valorem eius et Iohannis Bonifilius tenet hoc quod ipse mansus habebat Pereta de Amenler et soror eius dabant iii me[zales] de duabus fexis, de quibus fexis tenet unam ecclesia s. Laurentii et aliam Guillelmus Cornei et dabant plus quando cara erat. Guillelmus Isovord et Pugnud dabant i de. et plus Et ecclesia s. Laurentii tenet hunc locum et Arnaldus de Daniel tenebat ii fexes et dabat duos denarios et plus sicut ceteri. Unam de his duabus fexis tenet ecclesia s. Laurentii et Guillelmus Cornei per medium et aliam A. David fexa Chintini, qua Guillelmus Escarp tenet dabat i den. et nichil aliud unam fexam quam Petrus de Vilarzd tenet habat unum den, in hoc cerso. Et unam fexam de Guillelmo de Vineis, quam tenet A. David dabat obolam i infra ii annos. Alia fexa Guillelmi de Vals i de hoc recognovit Iofredus quod ita faciebant censum domui s. Cucufatis per superscriptum honorem in presencia Berengarii, prepositi de s. Oliva, et Arnaldi de Aqua alba, et Bernardi, clerici de Palacio, et Augustini Ademar et Guillelmi Cornei et Arnaldi et aliorum multorum hominum.

Actum fuit in ecclesia s. Celedonii hoc ix.º kal. marcii, anno ab incarnatione Domini MCXCIX.º

S.+m Iofredi; S + m Augustini Ademar; S + m Guillelmi Corney; S + m Arnaldi.

S + m Bernardi, sacerdotis, qui hoc scripsit...

1232.

1200, abril 16.

Hugo Sabater y su esposa venden al Monasterio un alodio sito junto a Santa Eulalia del Campo, por 132 maravedises.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 99 (n.º MLXXV). — CARRERAS, *Notes Sarriá*, 64.
A. C. A., Cart., f. 300 v, n.º 916.

Notum sit cunctis quod ego Hugetus Sabater et uxor mea Maria, vendimuscenobio s. Cucuphatis et tibi Raimundo Rober, monacho eiusdem loci, alo-

dium meum proprium, cum censu et senioratico, quod per meam empcionem habeo et tenent per nos Primianus et uxor sua et nos ipsi in dominium, in burgo Barchinone, subtos ecclesiam s. Eulalie de Campo, prope litus maris. Sicut terminatur: ab oriente in alodio canonice et s. Eullalie de Campo, a meridie in alodio Guillelmi Umballi et in alodio canonice, ab occiduo in alodio s. Cucufatis, a circi in alodio s. Eulalie de Campo, Item vendimus cenobio predicto s. Cucufatis, et tibi Raimundo Rober, illum solarium cum curtali et domibus, cum earum pertinenciis, quas tenet per nos Berengarius Carboth, quas per nostrum proprium alodium habemus per vocem uxoris mee predictae ad ipsam curtem comitalem, sicut tenet solarius iam dictus recta linea usque in Merdancianum et hec omnia, ut dicta sunt, cum introitibus et exitibus suis, integriter, vendimus predicto cenobio s. Cucuphatis et tibi Raimundo Rober prescripto, et de nostro iure in ius et dominium vestrum tradimus ad opus altarium, scilicet beate Marie et beati Iacobi et s. Benedicti, que sita sunt in ecclesia s. Cucuphatis, ad utilitatem ipsorum altarium, per proprium liberum et franchum alodium, ad quicquid ibi[f.] Sciendum est autem quod nos iam dicti Hugetus Sabater, et Maria uxor mea, damus de predicto censu annuatim ii moabetinos et unum caponem et Berengarius Carboth, pro iam dictis domibus, ii moabetinos. Accipimus namque a te supradicto Raimundo Rober, propter hanc vendicionem, cxxxii moabetinos aiadinos bonos in auro, sine engan, et de isto precio nichil apud te remansit in debito. Si quis hoc...

Que est acta xvi.º kal. madii, a.º Domini MCC.º

S + m Hugeti Sabater; S + m Marie, uxoris eius; S + m Primiani; S + m Berengarie, uxoris eius; S + m Berengarii Carboth; S + m Berengarii Vegeti; S + m Geraldi de Bitulona; S + m Guillelmi de Colle; S + m Marie, uxoris Berengarii Carboth.

S + m Petri de Corron, qui hoc scripsit...

1233.

1200, abril 17

Sabater y su esposa prometen ser defensores del alodio vendido el día anterior.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 100 (n.º MXXVI).

A. C. A., Cart., f. 301, n.º 917.

Notum sit cunctis quod ego Hugetis Sabater et uxor mea Maria, convenimus cenobio s. Cucuphatis et tibi Raimundo Rober, monacho eiusdem loci, esse garentes et defensores de illa vendicione honoris quam fecimus iam dicto cenobio, et tibi, ad opus altarium, scilicet beate Marie et beati Iacobi et s. Benedicti, que sita sunt in ecclesia s. Cucuphatis, sicut in scriptura vendicionis predictae continetur. Quod si ullus homo vel femina iure inde aliquid abstulerit aliquo modo vobis convenimus nos et nostri vobis vestituere totum et emendare sine vestro dampno, et accipiatis totum et habeatis super nos et in rebus nostris quibus melius accipere volueritis et recuperetis sine vestro dampno.

Actum est hoc xv.º kal. madii, a.º Domini MCC.º

S + m Hugeti Sabater; S + m Marie, uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus; S + m Gerald de Bitulona; S + m Guillelmi de Colle; S + m Berengarii Ugeti.

S + m Petri de Corron, qui hoc scripsit...

1234.

1200, mayo 10.

Guillermo Ticio vende al Monasterio, por 100 sueldas, unas tierras sitas en Guardiola.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 100 (n.º MLXXVII).
A. C. A., Cart, f. 268, n.º 830.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus Ticionis vendo cenobio s. Cucuphatis et tibi Guillelmo, eiusdem loci abbati, peciolam unam terre quam per meam empcionem habeo in comitatu Barchinona, in parroechia s. Petri de Gavano, in termino ipso castri de Erapuniano, in loco vocitato Guardiola; et peciola terre terminatur: ab oriente in via de ipsa Guardiola que inter ad ipsos taschales Guillelmi de s. Martino, a meridie et ab occiduo et a circe in alodio cenobii s. Cucuphatis, sicut ab his terminis includitur et terminatur hec peciola terre cum introitibus et exitibus suis vendo predicto cenobio s. Cucuphatis et tibi Guillelmo, abbati eiusdem loci, et de meo iure in ius et dominium ipsius cenobii et tuum trado ad quicquid ibi... Accipio namque a te supradicto Guillelmo, abbate, pro hac vendicione c solidos denariorum bone monete Barch. valentis marchas argentis XLIII solidis, et de ipso precio nichil apud te remansit in debito. Si quis hoc...

Quod est acta vi.º idus madii, a.º Domini MCC.º

S + m Guillelmi Ticionis, qui hoc laudo et firmo, firmarique rogo; S + m Alamagni; S + m Bernardi de Rubio; S + m Petri de Aiuda; S + m Guillelmi Bovis.

S + m Petri de Corron, qui hoc scripsitcum litt. suprapositis in lin. iii...

1235.

1201, agosto 20.

Berenguer de San Cugat vende al abad Guillermo, por 67 sueldos, los derechos de un manso sito en Tiana.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 101 (n.º MLXXVIII).
A. C. A., Cart., f. 312 v, n.º 939.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius de s. Cucuphate vendo et deffinio cenobio s. Cucuphatis et tibi Guillelmo, abbati eiusdem loci, et Poncio de Palaciolo, Kamerario, omnem meum directum et vocem sive hereditatem meam tocium ipsius mansi et tenedonum eius, cum suis pertinenciis, quem Umbertus tenet per me in comitatu Barchinone, in parroechia s. Cipriani de Tizana, in diversis locis, in alodio eiusdem cenobii s. Cucuphatis et ut melius dici vel

intelligi potest, ad utilitatem eiusdem cenobii, de meo iure in ius et dominium suum et vestrum trado et transfero in vestrum posse, ad vestrum proprium plenissimum liberum et franchum alodium, ad quicquid ibi... et recognosco quod predictum mansum iniuste auferrebam predicto cenobio et diu violenter retinueram unde me culpabilem esse confiteor et recognosco et quantumcumque in predicto manso habebam aliquo iure sive habere debebam predicto cenobio et suis habitantibus relinquo et diffinio per me et per meos in perpetuum, sine engan. Accipio namque a vobis predicto Guillelmo, abbate, et Poncio, kamerario eiusdem cenobii LXVII solidos denariorum Barchinone de bonis eiusdem loci pro iam dicta vendicione et diffinicionem prescripti honoris, et de isto precio nichil apud vos remansit in debito. Si quis hoc...

Que est acta xiii.º kal. septembris, a.º Domini MCCI.º

S + m Berengarii de s. Cucuphate, qui hoc laudo et firmo firmarique rogo; S + m Ermessendis, sororis eius, que hoc laudo et firmo; S + m Perroneti de Vico; S + m Guillelmi Boveti, qui hoc laudo et firmo; S + m Guillelmi Poncii; S. + m Berengarii, presbiteri de s. Cholumbe Gramaneti, qui hoc vidit quod Berengarie uxoris Guiellmi Boveti firmavi.

S + m Petri de Corron, qui hoc scripsit...

1236.

1201, octubre 15.

Berenguer de Guardiola y su esposa definen al abad de San Cugat un manso sito en Ginamballas.

REGESTA : BALARI, *Orígenes*, 232.— MAS, *Taula*, iv, 256; *Notes*, vi, 101-2 (n.º MLXXIX).
A. C. A., Cart., f. 146, n.º 473.

Notum sit cunctis tam presentibus quam futuris quod ego Berengarius de Gardiola et uxor mea Elicsendis, nos simul venimus ad finem et ad concordiam et ad bonam pacem, cum domo de s. Cucufati et Guillelmus, abati, et Arnaldi de Muree preborde, et omni conventu et fratribus eorum de ipso manso que Berengarii de Gardiola, qui sunt iam dicti et suis teneat per s. Cucufati per suum acapitum, in tali conventu hoc iam dicto manso difinimus et evacuamus per omnique tempore nos et nostris sine nullo nostro nostrorumque retentu; et per istam difinicionem et evacuacionem accepimus de domo s. Cucufati et iam dicti abbati et preborde iam dicti et omni conventu v sextarios de formenti et L solidos denariorum bone monete Barchinone curribilis, de hociatum nichil non remansit; et est iam dicto manso in comitatu Barchinone, infra termine castri Fontis Rubee, in parrochia s. Vincencii de Muro Curto, et in loco nominato ad ipsas Ginamballas. Si quis hoc...

Actum est hoc id. hoctub., a.º Domini MCCI.º

S + m Berengarii de Gardiola; S + m Elicsendis, uxoris eius, nos qui {hoc} difinicionem et evacuacionem fecimus [iv]; Bernardi de s. Vincencii, baiuli domni regis; S + m Vidal de Mazana; S + m Geraldí Sabbad; S + m Tarasconi de Gardiola.

S + m VIVES, presbiter, qui hoc scripsit die et anno.

1237.

1201, noviembre 29.

Berenguer de Sarriá vende y define al abad del Monasterio la tercera parte del alodio de San Cugat, por 200 sueldos.

REGESTA: MAS, *Notcs*, vi, 102 (n.º MLX.XX).— SAGARRA. 5. *Vicens*, 20.
A. C. A., Cart., f. 287, n. 886.

Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Serriano, vendo atque difino et evacuo Deo et s. Cucufati et Aleranno, abbati, et conventum eius submissi, illum mansum quod ego tenebat per s. Cucufatem in territorio Barchinone, in parrochia s. Vincencii de Serriano. Advenit mihi Berengarius per vocem hereditatis mee et per alias quaslibet voces, et terciam partem de illum campum quod habeo apud Serriano cum Guillelmi Niel. Et est predictam terciam partem alodium s. Cucufati, sicut ego melius habeo +vel+ habere debeo predictum mansum, et terciam partem de campo, sic vendo et difinio et evacuo s. Cucuphati et suo abbati et convento eius submisi, ut melius dici... Accipio de s. Cucufato et sui abbati pro hanc vendicione et difinicione cc solidos monete Barchinone, valente marcham argen XLVIII solidos, et de isto precio nihil remansit in debito; et est manifestum. Si quis hoc fregerit in duplo componat...

Actum est hoc iiiii.º kal. dec., a.º Domini MCCI.º

S + m Berengarii de Serriano; S + m Ermesendis, ,+mater+ mea, nos qui hoc [iv]; S + m Raimundi de Serriano; S + m Petri de Serriano; S + m, Bertrandi de Serriano; S + m Guillelmi, levite; S + m Berengarii de Gardiola; S + m Bernardi, sutor; S + m Bertrandi Peleti.

S + m Guillelmi, presbiteri, qui hoc scripsit...

1238.

1202, abril 8.

Bernarda de Ferigola devuelve al Monasterio el manso de Pisa.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 326; *Notcs*, vi, 103 (n.º MLXXXII).
A. C. A., Cart., f. 48v, n.º 165.

Notum sit cunctis qualiter ego Bernarda de Ferigola, solvo, reddo atque dono Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et vobis, domno Guillelmo, abbati eiusdem monasterii, et successoribus vestris in perpetuum, ipsum mansum de Pisa cum omnibus tenedonibus, et pertinentiis suis quas dicunt de Cummis sicut melius Raimundus de Ferigola, vir meus, habuit per s. Cucuphatem et ego per meum sponsalicium sine ullo meo... et accipio a vobis de bonis s. Cucuphatis i capud de fustar.i et i capam in vestibus, et v quarteras ordeí: que omnia recepi a vobis. Si quis hoc...

Actum est hoc vi.º idus aprilis, a.º Domini MCCII.º

S + m Bernarde de Ferigola, qui hec laudo et firmo, firmarique rogo; S + m Bernardi de Riuibi; S + m Raimundi Barizelo; S + m Arnalli Perdigarrii; S + m Bernardi de Valdaurex.

S + m Raimundi, sacerdotis, qui hoc scripsit...